

Pub. 18. Præsent. 16.

18

NONNVLLA  
DE  
**IVRISDICTIONE**  
**PATRIMONIALI**  
PRAESERTIM SECVNDVM 1765, 3.  
**IVRA MECKLENBVRGICA**

P. 147.

DISSERTATIO IVRIDICA  
QVAM  
CONSENTIENTE AMPLISSIMO ICTORVM  
ORDINE

PRAESIDE  
**DN. HENRICO FRIDERICO**  
**TADDEL**

IVRIS VTRIVSQVE LICENTIATO, ET REG. SOCIETAT,  
TEVTON. IN ACAD. GEORGIA AVGVSTA  
SODALI

PRAECEPTORE SVO HONORATISSIMO  
IN ILLVSTRI ACADEMIA VARNIACA

D. X. APRIL. A. R. S. MDCCLXV,

H. L. Q. C.

PVBLCO EXAMINI SVMMITTE  
AVCTOR ET RESPONDENS



**IOANNES IACOBVS PREHN**  
ROSTOCHIENSIS, I. V. C.



ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS,



NONNILLA

22

IVRISDICTIONE

PATRIMONIALI

FRANCORUM

IVRA MECKLENBURGICA

DISSERTATIO

AVTA

CONSULENTI AMALTHEO POTRYAM

OPUS

T. A. B. D. S.

D. HENRICO

T. A. B. D. S.

AVTA

FRANCORUM

IN HESPERIA

AVTA

IVRISDICTIONE

LITTELLI



## INTROITVS



erte, quod celeberrimus quondam  
 ICtus Argentoratensis GEORGIVS  
 OBRECHTIVS I) de iurisdictione  
 in genere dixit: esse sc. hanc  
 materiam nobilissimam partem  
 totius iuris, de qua vix vnquam ita dictum fue-  
 rit, ut satis explicata videatur; hoc summo iure  
 de singulari illa iurisdictionis specie, quam in fronte li-  
 belli indicaui, contendi potest. Quodsi enim agmen  
 Doctorum spectes, qui hanc materiam adgressi sunt, cre-  
 das fortasse, nihil amplius reliquum esse, quod non iam

A

centies

centies dictum, et centies repetitum sit 2). Si vero opuscula horum virorum ipsa leges, inuenies, plurima adhuc superesse, quae, tam ob vtilitatem, quam ob suauitatem secum coniunctam, accurata explicatione omnino adhuc digna sunt. Si denique adiura patria applicatio facienda est, facile videmus, longissimum hic aperiri campum, in quo, non sine voluptate, excurrere queam. Et hoc vltimum praesertim est id, cuius causa hanc tractatiunculam conscribendam suscepi. Ordinem ipsa materia supeditabit, qua duce, dissertationem in tres sectiones distinxi. Prima, eaque reliquis breuior, continebit pauca illa, quae ex *iure Romano*, hic alias nil decidente, praemonenda veniunt; secunda ipsam materiam ex iustis fontibus, quos *ius Germanicum* aperit, deducet, atque in toto suo complexu explanabit; tertia vero, eaque grauissima, omnia, in prioribus dicta, ad *iura Patria* applicabit. Errorum forte commissorum veniam eo facilius me impetraturum confido, si beneuolus lector cum materiae grauitate coniunget recordationem, me primum prodire in publicum.

- 1) In tractatu de iurisdictione, imperio et foro competente, quem, quatuor libris Auctoris filius IOANNES THOMAS OBRECHTVS, Argentorati MDCXVII. 4. edidit, speciatim in introitu.
- 2) Non illos hic recensēbo, qui de iurisdictione in genere tractarunt, neque illos enumerabo, qui species

species iurisdictionis, singularibus scriptis explicarunt, qui omnes sub rubro: **IURISDICTIONIO**, in bibliotheca reali iuridica LIPPENIO IENICHIANA, Lips. 1746, edita p. 294. sqq. et in supplementis p. 216. sqq. longa serie producuntur. De his modo vnum aut alterum nominabo, qui speciatim iurisdictionem patrimoniam pro obiecto habuerunt. Occurrunt mihi hic:

- a) **GODOFREDI BARTHII** diff. de iurisdictione, quam personae illustres et nobiles per officiales exercere solent. Lips. 1698. Exstat in eius Vol. diff. p. 463. sqq.
- b) **CHRISTIANI WILHELMI de DALWICK** d. de iurisdictione patrimoniali. Ienae 1754.
- c) **CAROLI RVDOLPHI GRAEFE** diff. de praecipuis et singularibus iuribus iurisdictionis patrimonialis. Lips. 1730.
- d) **IOANNIS HENRICI GRAMS** diff. de femina iurisdictionem patrimoniam habente. Altorff. 1706.
- e) **IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII** diff. de origine atque indole iurisdictionis patrimonialis. Hall. 1716. Exstat in eius opuscul. var. sylloge p. 238.

f) IOANNIS PAVLI KRESSII d. de iurisdictione  
omnimoda in feudum concessa. Helmst. 1730.

g) IOANNIS PETRI de LVDEWIG d. de prae-  
diatoria iurisdictione nobilium. Halae 1742.

h) STEPHANI MILET diff. de iurisdictione patri-  
niali, Argent. 1713.

i) SIGISMVNDI EHRENFRIED ab OPPEL d.  
de iurisdictione patrimoniali, Vitemb. 1711.

k) GABRIELIS SCHWEDERI, d. de iurisdictione  
per inuestituram feudalem concessa, Tub. 1706.  
Inuenitur in eius dispp. Tom. I. p. 1068.

l) BARTHOLOMAEI LEONHARDI SCHWEN-  
DENDORFFERI diff. de iurisdictione feudali  
dominica. Lipf. 1676.  
et reliqu.



SE-





SECTIO I.  
PRAEMONENDA QVAEDAM EX IVRE  
ROMANO.

---

§. I.

IVS ROMANVM HAC IN MATERIA NIHIL  
DECIDIT.



Inepta semper est ratio decidendi controuersias iuris Germanici ex principiis iuris Romani. Hoc assertum si vnquam veritate nritur, sane in hac materia est. Sunt quidam, alias magni nominis Icti, in hoc passu romanizantes, vt illa voce vtar, qui iurisdictionem patrimoniale, Romanum institutum aut aperte nominarunt, aut saltem principia iuris Romani, attamen non nisi maxime detorta, hic applicare, aut in subsidium in decidendis eiusmodi controuersis ius Romanum adhibere studuerunt. Inter hos eminent GEORGIVS OBRECHTVS, 1) qui in tempestiuo erga ius Romanum amore abreptus, summa in illos iracundia fertur, *qui in materia iurisdictionis a iure Romano discedere non dubitant.* Hoc quum non ex voto succedere porerat, multis ansum dedit disceptationibus, quae rem, alias maxime claram, tot nubibus inuoluerunt, vt, quid verum, quid falsum sit, vix diiudicari possit. Haut igitur a recta via aberrabo, si statim



sim in limine tractatiunculae meae annotem, quod ius Romanum, neque ut fons, neque ut subsidium, in hac materia considerari queat. Quod autem nihilo secius in hac sectione quaedam ex iure Romano praemittam, ideo necesse puto, ut haec mea, de insufficientia huius iuris sententia, non solum clara, sed etiam rationibus suffulta, lectoribus appareat.

1) in disp. 1. de iurisdictione, Thesi LXX.

## §. II.

### EVIT ENIM ROMANIS IURISDICTIONE PATRIMONIALIS PLANE INCOGNITA.

Iurisdictionem patrimonialem Romanis plane incognitam fuisse, facile quilibet perspiciet, qui in memoriam sibi reuocabit, apud illos omnem iurisdictionem fuisse personalem, cui patrimonialis contra distinguitur. Est autem iurdictio personalis ea, quam quis pro sua solum persona ratione officii illi concrediti, exercet, quae cum hac persona expirat, quaeque in commercium minime venit. Haec sola species Romanis cognita erat, uti ROSENTHALIVS 1) et REINKINGIVS 2). Icti magni, pluribus docuerunt. Iurisdictionem vero fundo cohaerentem, ad successores, tam vniuersales, quam singulares transeuntem, qualis patrimonialis est, plane ignorabant, id quod pluribus docet STRYCKIVS 3). Haec vera sunt, (nituntur autem certissimis fundamentis,) quomodo tunc ius Romanum pro fonte aut principio doctrinae cuiusdam accipi potest, quae apud illos non ens erat? Certe ex hoc vnico iam apparebit, quam frustraneus sit eorum labor, qui, autoritate veterum Doctorum Italicorum seducti, iuris Romani principia hic applicare student.

1) in tractatu de feudis, Cap. VI, Concl. 85. n. 10.

2) de Regimine seculi, et eccles. Lib. I. Clasf. 5. cap. 1. n. 18.

3) in vsu moderno pandectarum, Lib. II. Tit. 1. §. 18.

## §. III.



## S. III.

IURISDICTIONIS PATRIMONIALIS PRINCIPIVM POTES-  
TAS DOMINI ROMANI IN SERVOS. ESSE NEQVIT

Attamen magis hoc patefiet, si paucis principium illud consideremus, quod hic pro fundamento iurisdictionis patrimonialis assumunt Doctores, iuris Romani tam strenui amici. Contendunt hi, iurisdictionem patrimonialem ortam esse ex veteri potestate dominica, quae apud Romanos admodum dura, quin monarchica erat, apud Germanos paulo mitior facta, successu vero temporis pallio quodam iurisdictionis inuoluta. Nondum hic disquiram, num iurisdictionis patrimonialis ex veteri potestate dominica Germanica deduci possit, quod sequenti sectioni reseruabo. Hoc tamen iam indicandum, potestatem dominicam in seruos, qualis apud Romanos fuit, non posse fundamentum iurisdictionis patrimonialis esse. Hoc vt recte intelligatur, necesse est, quaedam iuris Romani principia de dominica potestate praemittendi, quae primo plane intuitu ostendent, ius Romanum hic non, nisi falsa ratione, applicari posse.

## S. IIII.

## RATIONES HVIVS ASSERTI.

Dominica potestas Romanis erat *ius domino in seruos competens* 1). Coniunctum illud erat cum iure vitae et necis, ita, ut dominus pro lubitu de vita serui disponere, illumque, proprio pro arbitrio, illa priuare posset. Hinc quoque nemini, nisi cui Romano, hoc ius concedebatur; permillum non erat in alio obiecto, quam in seruis, quippe qui pro personis non habebantur, sed accensebantur solum rebus. Eiusmodi serui in Germania non sunt licet enim; non omnes homines liberi sunt, tamen quoque non sunt serui in sensu Romano. Datur enim quasi tertium genus, sc. hominum propriorum, *der Zeibeigenen*, inter quos et seruos Romanos maximum est discrimen, vt annotat STRYCKIUS 2), quin numquam in Germania  
serui



serui fuerunt tales, quales in legibus Romanis describuntur; Evoluatur, si lubet, hac de re TACITVS 3) et qui eius sententiam pluribus explicauit, ZASIVS. 4).

- 1) vii docet illustris NETTELBLADT in system. elem. vni  
vers. iurispr. posit. §. 525.
- 2) loco citato Lib. I. Tit. 5. §. I.
- 3) De moribus Germanorum cap. 2.
- 4) Singul. resp. cap. III, n. 76.

### §. V.

#### ALIA RATIO.

Amplior quaedam deductio hoc plenius demonstrabit. Serui Romani nullo iure fruebantur, quod personis compete-  
bat, c. c. non habebant ius connubiorum, quod tamen homi-  
nibus propriis, certis sub conditionibus et restrictionibus, de-  
negari non solet. Licet enim MEVIUS 1) statuatur, matrimo-  
nium eorum, absque dominorum consensu, simpliciter nullum  
esse; hoc tamen ita intelligendum, si aut dominus iustas sui dis-  
sensu rationes alleget, aut subditus per matrimonium hoc  
seruitiis se subtrahere audeat, hoc est, si se per illud a nexu  
praedii et seruitiorum liberare velit, e. c. si filia vel vidua  
proprij hominis, nubendo, in alium pagum se conferre et ex  
praedio discedere velit; nam et hic sequitur vxor maritum 2).  
Liberi sequuntur conditionem patris, non matris, etiam si haec  
libera sit 3) et pater liberos in potestate habet 4), quae omnia  
veri matrimonii effectus sunt, in seruos Romanos minime ap-  
plicanda, 5)

- 1) In decisionib. Part. V, Dec. 129.
- 2) Idem Part. II, D. 23.
- 3) Idem Part. 2, D. II, 232.
- 4) STAMMER de seruitute personal. Lib. III, Cap. 17, n. 3.
- 5) STRYCK, l. c. §. 6.



## §. VI.

A L I A.

Porro nec serui Romani habebant ius contractuum, quod tamen proprios homines in Germania habere certum est, hae tamen cum restrictione, dummodo contractus in praedictum praedii et rerum eo pertinentium, *zur Hofwehr*, non tendant. Vnde ipsi etiam cum dominis suis de reliquis rebus libere contrahere possunt. Testes huius rei, si extra experientiam quosdam adhuc desideres, sunt STAMMERVS 1) et COTHMANNVS 2); quin et per operas suas sibi acquirunt, si nihil decedat seruitiis domino debitis. 3) Habent facultatem fideiubendi, etiam pro ipsis dominis 4); possunt, testante HVSANO 5) et MEVIO 6) bona sua propria alienare, et quae sunt huius generis iura alia, quae omnia seruo Romano prohibita erant. 7)

1) loco citato Lib. 3. cap. 6. num. 5.

2) in Resp. et consil. Volum. I. Resp. 42. num. 94. sqq.

3) Vid. MEVIVS loc. cit. Part. 2. Decis. 89. n. 6.

4) Testante HERINGIO in tract. de fideiussoribus, cap. 7. num. 317.

5) de hominibus propriis cap. 6. n. 24.

6) *Vom Zustande der Bauern*, cap. 1. num. 34. sqq.

7) vid. in genere STRYCKIVS l. c. §. 7.

## §. VII.

V L T I M A.

Sic quoque Romanis seruis non concedebatur ius condendi testamentum, quod vero hominibus propriis Germanicis ita omnino competit, ut bona sua, quae ad praedictum non pertinent, in quemcunque heredem extraneum per testamentum transferre possint, vti MEVIVS 1) DAVTHIVS 2) et STAMMERVS 3) docent. Quin, quum saepius contra ipsos dominos litigantur homines proprii, teste experientia, illis quoque facultas

B



cultas standi in iudicio denegari non poterit. De omnibus his iuribus nullum competeat Romanis seruis, uti ex primis institutionum lineis adeo certum est, ut ulteriore probatione nulla indigeat.

- 1) loc. cit. num. 34.
- 2) de Testamentis Tit. qui Testam. facere possunt p. 241.
- 3) loc. cit. cap. 17. num. 5.

### §. VIII.

#### TESTIMONIA DOCTORVM.

Ex his adductis propitio iure haec fuit conclusio: Si inter homines proprios Germanos, et seruos Romanos tantum adest discrimen, ut plane nihil similis aut communis inuicem habeant, necesse est, ut eorum status, conditio, hinc et iurisdictio in illos ex alio fundamento, decidi debeat, quam ex fundamento iuris Romani et ex principio eius de potestate domini in seruos. Adstant mihi hic celeberrimi I.Cri. HEINECCIUS 1), at quantum nomen, maximam dicit securam esse rerum omnium confusionem, si in frequentissimis de iurisdictioe litibus, Vlpianus, Iulianus, Paullus, Gaius et reliqui Romanorum I.Cri iudices obruderentur. MEVIUS 2) potissimum maxime in eos inuehitur, qui hic ex legibus Romanis disputare audent, et alio loco 3) illos perniciosissimos vocat. HERTIVS quoque contra nimios iuris Romani amatores acerbus est.

- 1) in dissertat. de origine atque indole iurisdictiois patrimonialis. § 3.
- 2) in prooemio allegati tractatus.
- 3) in Decif. Part. 4. Decif. 290.
- 4) in Diss. de superioritate territoriali.

### §. IX.

MAXIMA EST DIFFERENTIA INTER IURISDICTIONEM  
ROMANAM ET PATRIMONIALEM  
NOSTRAM.

In



In §. 2. demonstraui, Romanis nullam aliam iurisdictionem notam fuisse, quam personalem. Quanta vero sit differentia inter iurisdictionem hanc personalem, et nostram, de qua iam agimus, patrimoniale, B. BÖHMERS 1) luculentissime ostendit. Ego quidem, ut eo clarius euadat, iurisdictionem patrimoniale Romanis in totum fuisse incognitam, haec discrimina paucis repetam. Iurisdictionis patrimonialis fundo cohaeret, et ad omnes successores cum fundo transit, personalis vero tamquam officium alicui concredebatur et cum persona exstinguebatur. Iurisdictionem patrimoniale quoque exercere possunt mulieres, praedium possidentes, quod vero in personali locum non inueniebat 2). Iurisdictionis patrimonialis est in commercio, et simul cum fundo alienari potest; personalis vero ex eo fundamento, quia personae industria electa erat, alienari non poterat. Iurisdictionis patrimonialis in propria causa contra subditos suos exerceri potest a fundi possessore, non vero personalis 3). Iurisdictionis patrimonialis mandari, quin abdicari potest, quod vero in iurisdictione personali fieri nequit 4).

1) in introduct. in ius digestor. Lib. 2. Tit. 1. §. 87.

2) l. 8. ff. de iudic. et ubi quis ag. v. conv. debeat.

3) conf. SCHILTER. in exerc. ad ff. Exerc. 6. §. 16. item l. 10. ff. de iurisdic.

4) l. pen. ff. de offic. praef.

### §. X.

#### IN GENERE DIFFERUNT IURISDICTIO ROMANA ET GERMANICA.

Quin in genere toto coelo differunt iurisdictionis Romana et Germanica, et ita differunt, ut plane nihil inter se simile aut commune habeant. Paucis hoc ostendam, quo facto evidentissimum erit, principia Romana in omni hac materia applicari non posse. *Iurisdictionis est, secundum leges Romanas, publica pro imperio statuendi, de causis contentiosis ciuilibus, jure magistratus*



*competens potestas* 1). Quam diuersa vero ab hac sit definitio iurisdictionis germanicae, in sequenti sectione demonstrabo. Iurisdictionis apud Romanos adnexa erat magistratui, siue officio ordinario magistratus, neque ab vilo alio exercebatur. Ipsa principis decreta, praeuia causae cognitione data, non ad iurisdictionem, sed ad legislativam potestatem referebantur 2), quae vero, secundum leges et mores Germanorum aliter se habent. Requirebantur porro apud Romanos ad exercendam iurisdictionem causae civiles, eaeque contentiosae, ita, ut neque causae criminales, neque voluntariae ad iurisdictionem ordinariam pertinerent, quae vero, secundum statum iurisdictionis Germanicae, omnino ad eam referri debent. Erat denique iurisdictionis imperium, quae notio sub se comprehendit ius statuendi, praecipendi et exequendi, quod vltimum speciatim dicebatur mixtum imperium 3). Etiam haec pro more Germanorum aliter se habent, eoque ipso ostendunt, principia Romana omnino hic exulare debere.

1) quam definitionem suppledit ill. BOEHMERVS in introd. in ius dig. Lib. 2. Tit. 1. §. 1.

2) l. fin. C. de legibus.

3) l. 3. ff. de iurisdic. Conf. GERH. NOODT Lib. I. cap. 2.

### §. XI.

#### PRÆSERTIM IN MERO IMPERIO

Maxima vero iuris Romani et Germanici differentia in materia iurisdictionis spectatur in eo, quod potestas vindicandi crimina non sub iurisdictionis notione atque concessione comprehendebatur. Haec potestas, quae sub nomine MERI IMPERII veniebat, proprio iure nulli magistratui qua tali competebar, sed specialem concessionem requirebat, id quod ANTHONIVS MATHEI 1) ex l. 1. §. 1. de offic. eius, cui mand. est lctio, pluribus demonstravit, quod etiam plane a nostro statu differt. Discrimen adhuc erat inter gradus huius meri imperii, quod secundum concessionem huius vel illius gradus vindicandi crimina determinabatur, ita vtille, qui omnes gradus habebat,





bebat, diceretur habere plenum imperium 2), quae quoque a nostra iurisdictionis facie aliena sunt. Plane a scopo meo me abduceret, si hoc loco omnes has differentias pluribus euolvere vellem. Sequens sectio plura dabit, et qui in toto suo amplexu haec legere desideret, illi optime satisfaciet celeberrimus MEVIUS 3) ex professo has differentias tractans.

1) de iure gladii. cap. 1.

2) Conf. STRUVIUS in Exercit. ad Pand. Exerc. 4. Th. 76.

3) in decisi, volum. 4, Dec. 290.

### §. XII.

#### C O N C L U S I O.

Eum in finem haec pauca adduxi, ut ex illis legitimam facere possim conclusionem: si omnis iurisdictione apud Romanos personalis fuit; si potestas dominorum in seruos apud Rom. plane alia fuit, quam apud Germanos; si denique tota indoles iurisdictionis in genere plane a nostra aberrauit; si praefertim merum imperium non ad iurisdictionem apud Romanos pertinuit, prono alueo fuit, quod ius Romanum hic plane exulet, et principia, ex quibus indoles, norio, et controuersiae iurisdictionis patrimonialis diiudicandae veniunt, ex alio iure quaeri debeant. Hic nobis succurrit ius Germanicum, ex quo in sectione secunda indolem genuinam iurisdictionis patrimonialis euoluam.





## SECTIO II.

DE

### GENVIA INDOLE ET EFFECTIBVS IVRIS- DICTIONIS PATRIMONIALIS SE- CVNDVM PRINCIPIA IVRIS GERMANICI.

#### §. I.

IURISDICTIONIS PATRIMONIALIS ORIGINETENVS EST  
INSTITVTVM GERMANICVM.

**L**icet etiam aliae extra Germaniam regiones sint, in quibus iurisdictionis patrimonialis viget et vtu recepta est, vti hoc de *Belgia* HVBERSVS 1) et TEMPELIVS 2) de *Gallia* HOTO-MANNVS 3) et DV FRESNE 4) de *Heluetia* SIMLERSVS 5) et de *Italia*, *Dania*, *Suetcia*, *Borussia*, *Liunia*, *Curlandia*, *Bohemia* et *Silesia* HEINECCIVS 6) testantur; nihilominus diffiteri nequit, ipsum hoc institutum esse germanicae originis. Quod, nisi ex aliis mox adducendis rationibus certum esset, iam exinde colligendum est, quia omnes hae regiones et prouinciae originetenus a Germanis descendunt. Ex historia enim Germanica notissimum est, Germanos in has terras colonias suas duxisse, quae cum Germanicis gentibus Germanicos ibi introduxerunt mores. Quam conclusionem HVBERSVS 7) inde optimo iure deducit. Hoc adeo certum est, vt nulla ex Europae gentibus; quae germanicae originis sunt, iurisdictionem patrimoniam ignoret, nisi sola Anglia, in qua teste TEMPELIO nulla iurisdictionis hereditaria, sed omnis solum personalis est. Quin hoc fundamentum tam firmum est, vt inde celeberrimus hic auctor adductus sit, credere, Anglos non a Germanis, sed a Frisii



a Frisiis occidentalibus, qui similiter hoc institutum ignorant, ortos esse. Quod vero, ut iam per historiam Saxonum refutatur, ita quoque a celeb. HERTIO 9) reiectum est.

- 1) in praelect. ad Pand. L. 2. T. 1. p. 58.
- 2) in Obseruat. ad republ. foed. Belg. p. 219.
- 3) Antitribonian. C. 4. p. III.
- 4) Glossar. latin. voce. Castellanus p. 178.
- 5) de Republ. Heluet. Lib. 1. p. 190. seqq.
- 6) in diss. de origine atque indole iurisdic. patrim: §. 7.
- 7) l. c.
- 8) in Notit. veter. Germ. popul. Part. 3. C. 5. §. 3. p. 123. sq.

## §. II.

### DEFINITIO IURISDICTIONIS GERMANICAE IN GENERE.

Priusquam vero ad ipsam iurisdictionem patrimoniam me accingam, operae pretium duco, quaedam de iurisdictione Germanica in genere praemittere. Est autem illa secundum PUFFENDORFIVM 1) *potestas, quae reſti conciliandi et corrigendi pravi causa in alios exercetur.* Potestas hic, secundum usum loquendi, genus est, et absque potestate, quam Germani: *den Gerichts Zwang* nominant, nulla cogitari potest iurisdictionis. Hinc quoque in antiquissimis iam diplomatibus, nomina: potestatis, iudiciariae potestatis et iudicii, eadem fere habentur. Hinc non solum cognitio, sed etiam imperium ad iurisdictionem pertinet. Secundum maiorem aut minorem huius potestatis gradum, distinxerunt quoque gradus iurisdictionis, quorum potissimum tres sunt, alta, media et bassa. Alii alias proferunt distinctiones, quae partim a personis iurisdictionem exercentibus, partim a locis et obiectis, in quibus et in quae exercetur, partim ab aliis circumstantiis desumtae sunt. Longe a scopo meo aberrarem, si omnes has distinctiones evoluerem



uere pluribus vellem. Sic quoque a quibusdam aliae definitiones iurisdictionis in lucem proferuntur, quae partim ad finem meum non tendunt, partim iuris Romani principia nimium produunt. Euoluat, qui illas legere cupit, PAVRMESTERVM 2), NOODTIUM 3), AVERANIVM 4), CVIACIVM 5), HEINECCIUM 6), VINNIUM 7), GEBAUERVM 8) aliosque.

1) de iurisdic. germanica, Cap. I. §. I.

2) de iurisdic. et imp. Lib. I. Cap. 8.

3) de iurisdic. et imp. L. I. C. I.

4) in interpret. iuris L. I. Cap. 4.

5) in paratit. ad tit. ff. de iurisd.

6) in Elem. iuris civil. sec. ord. Inst. §. 1328.

7) in Comment. ad tit. ff. de iurisd. n. I.

8) in tract. de iurisdictione Cap. I. §. I.

### §. III.

#### DEFINITIO IURISDICTIONIS PATRIMONIALIS.

Huius iurisdictionis germanicae plures dantur species, inter quas praecipua est distinctio iurisdictionis in *personalem* et *patrimonialem*. Iurisdicatio personalis est illa, quam supra Romanis solum notam fuisse, demonstraui, quae personae alicui, magistratuum gerenti, competebar, et cum hac persona exstinguebatur. IURISDICTIONE VERO PATRIMONIALIS est illa *iurisdictionis germanicae species, quae fundo vel praedio ita adhaeret, ut a quouis possessore eius, iure proprio exerceatur.* Omnia in hac definitione plana sunt; nihil in illa caret, nihil est superfluum, et omnes effectus infra determinandi, ex illa deduci queunt. Plures aliae afferri possent definitiones. Nemo enim, qui de iurisdictione patrimoniali scripsit, est, qui non nouam etiam suppeditet definitionem. Sic e. c. PVEFENDORFIVS 1), a quo supra definitionem de Iurisdictione Germanica in genere mutuauimus, illam describit, quod sit ea, quae fundo vel praedio *inbaeret*, quae definitio, si placet, retineri quidem potest, ita tamen



men ut subintelligatur, quod iure proprio exerceatur. HEINECCIVS 2) vocat illam: *ius nobilium et aliorum feudi possessorum, diiudicandi causas rusticorum, et nonnunquam simul animaduertendi in facinorosos, ipsi feudo inhaerens, et cum ipso feudo alienabile.* Licet nomen HEINECCIANVM optimum pro opinionis alicuius veritate sit praesidium, tamen, quo minus hanc definitionem meam facere possim, plures me impediunt rationes. Quum enim dicit, iurisdictionem patrimonialem adhaerere feudo, experientiam contra se habet, quippe quae testatur, illam etiam exerceri a possessoribus *allodialibus*, hinc pro voce: *feudum*, substituere vocem: *Fundus* aut *Praedium*, melius mihi videtur. Alterum, quod definitionem hanc non in omnibus commendat, est, quia solum ius diiudicandi causas *rusticorum* inuoluit. Quum vero huic iurisdictioni non solum homines proprii, sed etiam liberi in fundo habitantes, subiecti sint, uti infra pluribus ostendam, vox: *rusticus* aut in sensu generali intelligenda est, aut si hoc non sit, definitio est falsa. Tertio HEINECCIVS ius animaduertendi in facinorosos, siue iurisdictionem criminalem *non nunquam* sub iurisdictione patrimoniali comprehendi putat, quod tamen ius, uti infra pluribus demonstrabo, in dubio semper cum iurisdictione criminali coniunctum est, nisi in hac vel illa prouincia aliud per leges, aut consuetudinem, introductum sit. De BEYERIANA definitione mox paucis loquar. Vna adhuc haec scribenti mihi occurrit definitio, quam ICIVS dedit patrius 4), *Iurisditio patrimonialis est ius reale, iure feudi dependenter concessum, ad effectum ius dicendi, in certo aliquo districtu.* Quam definitionem autem, quum determinationem, non in omnibus Germaniae prouinciis applicabilem continet, pro fundamento hic accipere nequeo.

- 1) Conuenit quoque cum definitionibus, quas GALLIVS in obs. praef. L. 1. Obs. 62. n. 7. BODINVS de republica Lib. 3. Cap. 3. aliique dederunt.
- 2) in diff. cir. §. 4. et 5.
- 3) in delineat. iur. Germ. L. 1. C. IV. §. 3.
- 4) Cel. HERMANNVS BECKERVS in *Mecklenb. Intelligenz-Blaettern* d. a. 1750. n. 48. et 49.

C

§. IV.



## §. IV.

IVRISDICTIONE PATRIMONIALIS NON ORITVR EX  
DOMINICA POTESTATE.

Iam quaedam de origine iurisdictionis patrimonialis. Doctores hic mirifice inter se pugnant, in fine vero per acerrimas ipsorum controuersias nihil aliud effecerunt, quam, vt haec, alias quam leuissima materia, obscura et confusa facta sit. Duo potissimum sunt principia, ex quibus hic vel ille huius iurisdictionis originem deriuare studuit. Alterum est vetusta Germanorum potestas dominica 1); alterum vero concessio principis 2). Prius principium non sufficit, vt ex illo deriuari possit iurisdictione patrimonialis. Illa enim potestas dominica nil, nisi ius coercendi domino tribuebat 3), BEYERVS 4) itaque iurisdictionem patrimoniale, qualis erat antiquissimis temporibus, vocat potestatem domesticam, liticulas familiae componendi, atque delicta domesticorum coercendi, a qua, teste experientia, hodierna valde differt iurisdictione patrimonialis. HEINECCIUS 5) ipse faterur, hanc potestatem nequam esse iurisdictionem, quia longe alia res sit iurisdictione, alia ius domini in seruos, quod cuiilibet patri familias competit. Pluribus ideo demonstrare studet, hanc potestatem postea iurisdictionis pallio et schemate esse indutam. Quae vero sententia, quum sola coniectura potius sit, quam historica veritas, in omnibus approbari nequit. Locus hic non est, pluribus hoc demonstrandi. Alia adhuc incongrua inde fluunt, si hoc principium solum sequi velimus. Datur enim iurisdictione patrimonialis, quae absque fundo exercetur, et vbi alter possidet fundum, alter autem iurisdictionem exercet; et quae sunt huiusmodi alia 6). Si vero hoc est, quomodo tunc origo iurisdictionis patrimonialis esse potest dominica potestas, quae ad minimum seruos aut subditos praesupponit, sine quibus cogitari nequit? Nihil hic dicam de iurisdictione collegiorum, academiaram etc. quae si patrimonialis vocanda est, improprie ita vocari debet. Ex his omnibus concludo, potestatem dominicam non esse principium iurisdictionis patrimonialis.

1) Hoc

- 1) Hoc est principium HEINECCII in citata diss. quem fere omnes, qui hanc sententiam assumunt, sunt sequuti.
- 2) Hoc principio inter alios videntur STEPHANVS in tract. de iurisdictione Lib. I. Cap. 38. BOECLERVS de iurisdictione Cap. 8. BACHOVIVS in noris ad Wesenb. Tit. de iurisd. MYLER de principibus et statibus P. 3. C. 36. STRVIVS in Syntagm. iur. civ. Exerc. 4. §. 80. cer.
- 3) de SELCHOW in elem. iur. Germ. L. I. C. 4. S. 2. Tit. 8. §. 290.
- 4) loco citato.
- 5) l. c. §. 17.
- 6) Conf. MEVIVS in decis. Part. 2. Dec. 314. n. 6.

## §. V.

NVM EX CONCESSIONE PRINCIPIS  
ORIATUR.

Alterum vero principium, concessio nimirum principis, hic omnino applicari potest. Licet enim in hac, vel illa Germaniae prouincia; e. c. in POMERANIA et MEGAPOLI nostra, (de qua sectio plura dabitur tertia), iurisdictionis patrimonialis, fundis non solum feudalibus, sed etiam allodialibus ita cohaereat, vt non denuo etiam concedere necesse sit; nihilominus tamen, si de Germania in genere sermo est, omnes effectus iurisdictionis patrimonialis ex hoc principio fluunt. Plures oriuntur quaestiones, e. gr. de probando titulo, cer. quae decidi nequeunt, nisi hoc agnoscatur fundamentum. Celeb. BECKERVS 1) iam vnam aut alteram illarum difficultatum attingit, quae inde oriuntur, si principio de dominica potestate niti velimus, quae vero facili negotio remoueri possunt, si dicamus, iurisdictionem patrimoniam, *secundum ius Germanicum*, regulariter ex concessione principis oriri. Sunt quidem adhuc eiusmodi plures, quas autem omnes recensere superfluum. Series tractatiunculae optime huius principii usum docebit. Violare tamen



ramen mihi videtur maiestates, si cum Dno LEYSERO, maximo alias ICTO, statuere vellem, quod principes, in penuria rerum positi, pro parata pecunia, iurisdictiones nobilibus familiis vendiderint. Licet enim hoc de vna et altera familia veritate niti possit, et praecipue in plurimis ciuitatibus municipalibus certissimo fundamento nititur, tamen neque vniuersaliter hoc valet, neque reuerentia erga terrarum Deos permittit, tam libere sentire, et eiusmodi sententias declarare.

1) loco citato.

2) in Med, ad ff. Spec, 29. Med, 4.

#### §. VI.

#### HAEC CONCESSIO FIT PER LITTERAS INVESTITVRARVM.

Conceditur vero, secundum consuetudinem Germaniae generalem, iurisdictionis patrimonialis per investituram feudalem cuiilibet feudi possessori, ita, vt feudo tamquam pertinens cohaereat et ab eo separari nequeat. Quae ab hac regula recedunt, ad exceptionem et singularia huius vel illius prouinciae pertinent. Primum itaque requisitum iurisdictionis patrimonialis est, vt a principe concessa sit. Ibi vero nulla concessio, ibi nulla etiam iurisdictionis. Princeps enim est fons omnis iurisdictionis, neque quisquam sibi iurisdictionem arrogare potest, nisi per speciale priuilegium cum illa praeditus sit. Hoc quoque omnino valere debet quoad iurisdictionem patrimonalem. Haec concessio fit per litteras inuestiturae. Hinc, secundum regulam, omnibus litteris inuestiturarum inest clausula: Mit den Gerichten, mit den Ober- und Nieder-Gerichten, mit allen und ieden Gerichten, vt HEINECCIUS 1) demonstrat. Per consuetudinem quidem ita inualuit iurisdictionis patrimonialis in Germania, vt nullum plane sit feudum cui non inhaereat. Nihilobsecus tamen semper si praedium nouo possessori cedit, renouatio huius concessionis fieri solet.

1) in dist, cit. §. 28.

#### §. VII.





## S. VII.

NON SPECIATIM NOMINATA NIHILOSECIVS CON-  
CESSA PRAESUMITVR.

Oritur inde quaestio sane pragmatica: Si in litteris inue-  
stiturarum nulla mentio facta est: der Gerichte, num tunc con-  
cessa praesumantur? Nullum adest dubium, quin haec quaestio  
adfirmari debeat. Licet enim concessio sit facti, quae non  
praesumitur, sed probanda est, tamen ex altera parte consuetu-  
do accedit, quae a probatione ex eo liberat, quia possessionem  
praebet. Inualuit enim mos iam ab antiquissimis temporibus,  
vt semper feudis cohaereat iurisdictio, ita, vt fere absque iu-  
risdictione feudum in Germania cogitari nequeat 1). Si igitur  
quis feudum possidet, possidere illud praesumitur cum om-  
nibus illi inhaerentibus iuribus et pertinentiis, quibus iurisdi-  
ctio accenseretur 2). Nihil itaque hic ad probandum titulum  
requiritur, nisi probatio possessionis. Haec vero iam ex eo sa-  
tis probatur, si modo vnus actus possessorius allegatur, secun-  
dum sanam probatissimorum Doctorum sententiam 3). Licet  
enim quidam sint, qui iurisditionem modo ad pertinentias  
feudi remotas referunt, quia feudum absque illa esse  
possit 4), atque iurisdictio saepius sine vlllo feudo exer-  
ceatur 5); haec tamen feuda et eiusmodi iurisditiones ad  
regulam non possunt referri, sed extraordinarii casus sunt,  
STRVVIVS 6) quidem atque STRYCKIVS 7) maximae au-  
toritatis ICri, contendunt, quod concessio castro, ciuitate, aut  
pago, vel fundo, haut simul iurisdictio concessa intelligatur,  
quam sententiam ex illis alii minores ICri 8) repetunt. STRY-  
CKIVS 9) quoque vult, illum, qui iurisditionem praetender, vel  
concessionem illius expressam, vel praescriptionem immemoria-  
lem, quae sc. loco priuilegii est, allegare debere; neque quem con-  
tra principem manurenendum esse in exercitio iurisditionis ex eo  
solo, quod haftenus in possessione eius fuerit, sed ipsi simul  
ostendendum esse titulum, quin, nec possessionem iurisdictio-  
nis iuuare in summariissimo. Omnes tamen has propositiones  
non nisi ex iure Romano demonstrauit, quod vero ius nihil  
ad decidendam controuersiam iuris Germanici facit. In Ger-



mania semel ubique introductum est, ut cum feudo simul concedatur iurisdictio et illi inhaereat. Itaque non opus est pluribus probare, etiam huic feudo, de quo sermo est, inhaerere iurisditionem, si modo in possessione est.

- 1) vid. KNICHEN de iure territor. cap. I. n. 242.
2. Vid. Rosenthal de feudis cap. 5. GAIL in obs. pract. Lib. II, Obs. 62. n. 9.
- 3) Conf. MASQVARDVS de probationibus Conclus. 946, num. 6.  
MYSINGER centur. I. Observ. 39.  
COTHMANNVS Volum. 3. Resp. 8. et Resp. 47.  
WESENBECIVS Part. I. Cons. 24.  
MEVIVS conf. I. et 3.
- 4) id. quod faciunt supra allegati KNICHEN l. c. n. 278. sq. et GAILIVS l. c.
- 5) LVDOVICI in disp. feudal. disp. 4. thes. 45.
- 6) in Syntagm. Jur. feudal. cap. 6. Aphorism. 10. n. 4.
- 7) loc. citat. cap. 8. quest. 15.
- 8) vid. GRAMS Professor quondam Tubingensis in diss. de investitura feudali. S. 30.
- 9) in vsu moderno Pand. Lib. II. Tit. I. S. 27. et 28.

### §. VIII.

NVM IURISDICTIO CRIMINALIS SVB  
EA QVOQVE COMPREHENDATVR.

Iam euoluenda sunt singula nostrae §. 3. datae definitionis membra. Diximus, iurisditionem patrimoniam esse iurisditionis germanicae speciem. Hoc verum esse genus, partim ex eo satis apparet, quod in prima sectione demonstrauimus, sc. illam nullo modo ramum iurisditionis Romanae vocari posse; partim innotescit ex iurisditionis germanicae definitione



one generali, quam §. 2. dedimus. Est enim iurisdictio patrimonialis, in suo genere considerata, quoque potestas, quae re-  
cti conciliandi et pravi corrigendi causa in alios exercetur,  
breuius, est iurisdictio germanicae species. Clara haec for-  
tassis sunt, sed num possint demonstrari, est quaestio, quae do-  
ctores mirifice maceravit. Dubitarunt enim quidam, num  
potestas, quae pravi corrigendi causa in alios exercetur, siue,  
quod idem est, iurisdictio criminalis s. superior, ad iurisdictio-  
nem patrimoniale pertineat, et quidem ita pertineat, ut in  
dubio sub voce: *Gericht*, in litteris inuestiturarum intelligatur  
etiam iurisdictio criminalis et superior, *die hohe und obere Gerichte*,  
*peinliche Gerichte, Hals- Hand- und Haupt- Gerichte*. Dubium hoc  
inde ortum est, quia hi Doctores iurisditionem criminalem et  
iura maiestatica, siue regalia non probe distinxerunt. Dicunt  
enim, iurisditionem superiorem esse ius maiestaticum; iura  
maiestatica nemini, nisi principi competere; hinc, si non ex-  
presse nominata sit iurisdictio superior in litteris concessiona-  
libus, non praesumi posse, qualem conclusionem facit PHILIPPI 1).  
Sed speciosa, quin vera haec conclusio est. Sed  
minor propositio non omnino veritate nititur. Aliud enim  
est iurisdictio superior, aliud ius maiestaticum. Iurisdictio  
enim superior nihil aliud est, quam potestas, de crimi-  
nibus cognoscendi, iudicandi et exequendi. Hanc vero sub  
haec voce exercitium maiestatis venit, uti MEVIUS et COTH-  
MANNVS 3) multo studio demonstrant. Tantum enim abest,  
ut haec confundi possint, ut potius pro principio vero et sano  
stet, quod omnis iurisdictio, tam inferior, quam superior a ma-  
iestate vel superioritate principis dependeat. Testimonium  
ZIEGLERI 4) hic instar omnium erit. Apparet quoque ex eo,  
quod illi qui omnimodam iurisditionem habent, ius aggrati-  
andi sibi arrogare nequeant. Nam ius aggratiandi ad regalia  
pertinet, uti docent PHILIPPI 5), MEVIUS 6), STEPHANVS 7),  
et REINCKINGIUS 8). Praesupponit enim potestatem legisla-  
toriam, a cuius obligatione ipse tantum legislator aliquem li-  
berare potest. Haec, quae in sana iam ratione fundata sunt,  
comprobantur testimoniis scriptorum optimorum, inter quos  
eminent



eminent HEIGERVS 9), CARPZOVIUS 10) et FARINACIVS 11). Caueas tamen, ne cum iure aggratiandi, quae est omnis remissio poenae, confundas mitigationem poenarum. Prior nemini, nisi solo principi, comperit, posterior vero ab omni iudice, qui ius gladii habet, exerceri potest, dummodo iusta et legitima mitigationis causa adsit, et reipublicae, cuius interest, ne delicta maneant impunita, praecidium nullum inde nascatur, ut docent MEVIUS 12), RICHTER 13), WESENBECIUS 14) et COCCII 15). Eligamus itaque, his omnibus commoti, sententiam eorum, qui quaestionem: num iurisdictio superior simul concessa praesumatur, affirmant, inter quos referendi sunt, MEICHSNERVS 16), WESENBECIUS 17), HERTIVS 18), MEVIUS 19), pluresque alii 20), Ex altera parte stant SCHILTERVS 21) PVFFENDORFIVS 22) HEINECCIUS 23), FLEISCHERVS 24), NETTELBLADT 25), et SCHEINEMANNVS 26). Superius deducta docent, non opus esse, ut ad distinctionem, quam STRYCKIVS 27) adfert, confugiamus. Distinguit autem hic celeberrimus ICIVS: an iurisdictio iam antea fundo cohaeserit, an non? Si illud, in simplici concessione: *der Gerichte*, superiorem iurisditionem quoque comprehendi putat; Si vero hoc, non sub intelligi, sed expresse requiri, ut sint speciatim: *alle und iede Gerichte*, concessa. Haec distinctio quidem optimam speciem habet, sed mores Germaniae et vniuersalis consuetudo illi contrariantur. Nam, teste MENOCHIO 28) et BESOLDO 29) iam vniuersim in Germania introductum est, ut concessa iurisditione, *Gerichte* absque ulteriori determinatione, superior quoque concessa censetur.

1) in tract. *von klugen Beamten*. Part. I. Tit. 33. §. 10.

2) in decis, Part. 6. Dec. 252.

3) volum 2. Resp. 58. n. 4.

4) de iure maiestatico. Lib. I. cap. 29. §. II.

5) in vsu pract. Lib. I. Eccl. 18. n. 2.

6) in commentar. ad ius Lubec. Tit. 15. artic. I. n. 5.

7) de iurisditione part. I. Lib. II. cap. 7. et Part. 2. cap. 7.

8) de



- 8) de regim. secular. et ecclesiast. Lib. I. class. 5. cap. 6. n. 24.  
 9) Part. 2. quaest. 22. n. 6, seqq.  
 10) in Praxi criminal. quaest. 150. n. 56.  
 11) in Praxi criminal. Lib. I. Tit. I. quaest. 6. n. 10.  
 12) in decif. Part. 7. Decif. 407.  
 13) Decif. I. n. 5.  
 14) in Parat. de poen. n. fin.  
 15) in dissertat. de excessu poenarum ordinariorum, cap. II.  
 16) Decif. 23. n. 33. et 34.  
 17) Consultat. 95. n. 18.  
 18) in diss. de quasi possessionis probatione.  
 19) in Decis. Part. 4. Decis. 290.  
 20) e. c. CARPZOVIUS Part. I. Const. 40, Definit. 6.  
 BEYER ad tit. pand. de iurisdic. Posit. 49.  
 KRESSIVS in diss. de iurisdictione omnimoda §. 27.  
 KNICHEN de pactis inuestitur. Part. 2. cap. I. n. 54.  
 21) Exercitat. 6. §. 10.  
 22) in tract. de iurisdictione Germanica Part. 2, Sect. III, cap. I. §. 233.  
 23) in elementis iur. Germ. §. 65.  
 24) in iure feudali. §. 42.  
 25) in elementis iurisprud. positiv. §. 224.  
 26) in diss. de iurisdictione. §. 10.  
 27) in usu moderno l. c. §. 13.  
 28) de praesumpt. Lib. 3. praef. 97. num. 23.  
 29) consil. 270. num. 99.

## §. IX.

## NUM ECCLESIASTICA?

Alia hic suboritur quaestio: num sub iurisdictione patrimoniali quoque comprehendatur iurisdictione ecclesiastica, siue iuris

D



iurisdictione in sacerdotes? et haec quaestio omnino est neganda. Historia enim Germanica docet, clericos iam a primis temporibus ab omni iurisdictione seculari exemptos fuisse, licet, quo iure, dici nequeat. Ex hac primaeva exemptione orta deinde est consuetudo, quod a principibus singularia iudicia constituta sint, quae, sub nomine consistoriorum, iurisdictionem in clericos et causas ecclesiasticas priuatiue exercent. Sunt itaque consistoria fora priuilegiata ministrorum ecclesiae, neque hi iurisdictioni patrimoniali subiecti esse possunt. Iurisdictione autem patrimonialis et ius patronatus minime confundi debent. Haec principia satis luculenter deducta sunt a CARPZOVIO 1) et STEPHANO 2). Dantur tamen casus, in quibus etiam sacerdotes iustitiae administrationem ab illis expectare debent, qui iurisdictione patrimoniali gaudent. Huc pertinent 1) actiones reales. Si enim pastor loci, eiusmodi actionem instituit, instituere illam debet apud iudicem ordinarium illius loci, in quo res, propter quam disceptatur, sita est. Testimonio sunt CARPZOVIVS 3), STRVVIVS 4), GAILIVS 5) et BRVNNEMANNVS 6). Eadem quum ratio sit in actionibus in rem scriptis, veluti si ex capite retractus legalis agatur, eadem quoque decisio obtinet et minister ecclesiae etiam in hoc casu iurisdictionem patrimonialem agnoscere debet, de quo ZASIVS 7) et GAILIVS 8) testantur. Idem quoque dicendum est de actionibus mixtis, communi (sc. diuidendo, familiae herciscundae et finium regundorum. Quamuis enim hae actiones certo respectu personales sint, continent tamen simul rei vindicationem, ideoque idem de his censendum, quod de actionibus realibus. Valer hoc quoque de illis casibus, qui, aut continentiam causae, aut reconuentionem, aut prouocationem ex lege diffamari, pro fundamento habent, in quibus omnibus iurisdictione patrimonialis etiam in clericos satis fundata est. Ita quoque exemptio parochianorum non extendenda est ad eorum famulos coeterosque domesticos, quorum operis vtuntur. Hi enim per locationem operarum statum suum haud mutant, sed iurisdictioni patrimoniali subiecti manent, id quod BRVNNEMANNVS 9) optime docet. Denique



nique privilegium fori ecclesiastici non extendum est ad delicta, quae in locis ecclesiasticis, in templis et coemeteriis perpetrantur. Si enim vniuersalis iurisdictione fundi alicui concessa est, nullus eximi potest locus, testibus FLEISCHERO 10) STRYCKIO 11), LEYSERO 12) et SCHEINEMANNO 13), quin nobilis, vi iurisdictionis vniuersalis, delinquentem in eiusmodi locis ecclesiasticis apprehendere potest, praesertim si periculum in mora verferetur, quippe locus privilegiatus in delictis nullam tribuit exemptionem, quod demonstrat STRYCKIVS 14).

- 1) in Iurispr. Ecclesiast. L. 3. Tit. I. Def. 3. et in process. Tit. I. artic. 2. num. 24. seqq.
- 2) de iurisdictione, Sect. 3. Cap. I. num. 16.
- 3) in decis. Part. 3. Dec. 217.
- 4) in Syntagm. iur. ciu. Exerc. 9. §. 49.
- 5) in Obseruat. pract. Lib. I. Obseru. 37.
- 6) Confil. 142. num. 67.
- 7) de retract. n. 124.
- 8) l. c. Lib. 2. Observ. 19. num. 6.
- 9) in commentar. in Codicem ad leg. I. de Episc. et Cler. n. 4.
- 10) loc. cit. §. 43.
- 11) loc. cit. §. 5.
- 12) in Meditar. ad Pand. Specim. 29.
- 13) in diss. citat. §. 20.
- 14) in Vsu moderno Lib. II. Tit. I. §. 20.

### §. X.

EXERCERI POTEST IURISDICTIONE PATRIMONIALIS A PERSONIS ALIAS INHABILIBVS.

Dictum porro in definitione nostra, iurisdictionem fundis ita inhaerere, vt a quouis possessore iure proprio exerceri queat. Hoc adeo verum est, vt neque sexus, neque condi-



tio hic exceptionem faciat. Personis igitur alias inhabilibus 1), minusque capacibus illa competit, non quidem ob officium, quale nullum gerunt, sed iure proprietatis, *ibrer Güter wegen* 2). Facile inde cognosci potest, cur feminae atque infantes hanc possidere et exercere queant iurisdictionem 3).

1) BEYER. l. c. §. 12.

SCHEINEMANN citat. diss. §. 24.

2) HEINECCIUS in elem. iur. Germ. §. 64.

3) STRYCK. l. c. Lib. V. Tit. I, §. 9.

### §. XI.

#### NUM VXOR ET LIBERI IURISDICTIONI PATRIMONIALI SINT SVBIECTI.

Alia de subiectis iurisdictioni patrimoniali inter doctores enata est quaestio: num quoque in vxorem et liberos haec iurisdictione se extender. Apud Romanos quidem interdictum erat, ut ille, qui iurisdictioni praecerat, nec sibi, nec vxori, nec liberis, nec omnibus secum habentibus ius diceret. Sed notandum est, apud Romanos non aliam speciem iurisdictionis notam fuisse, quam illam, quae officii ratione competebar, et in eiusmodi iurisdictione omnino prohibitum esse debebat. Quum vero apud Germanos cum iurisdictione longe alia res sit, ob hanc rationem quidam putarunt, illustribus et nobilibus et in genere omnibus praedia possidentibus competere iurisdictionem in vxorem et liberos, quamdiu pars familiae paternae essent. Id quod de regula quoque affirmat BEIERVS 1). Sed, uti ipse fatetur, contrarium vsu inualuit, quia vxor et liberi dignitate, privilegio et foro pares sunt parentibus et maritis. Pluribus de hac reagit CARZPOVIUS 2) LEYSERVS 3) et NOLDENIVS 4). Extenditur quoque hoc ad matrem possessoris, aut viduam defuncti possessoris. Haec enim praefentis possessoris iurisdictioni non est obnoxia, licet domicilium suum in praedio habeat. Viduae enim defuncti mariti forum retinent,





retinent, quamdiu non ad secunda vota transeunt, id quod ZIEGLERVS a LEYSERO allegatus, illustri exem plo probat.

- 1) Loc. citat. §. 12.
- 2) Part. 4. Cap. 43. Def. 11.
- 3) Spec. 29. Med. 6.
- 4) de statu nobil. Cap. 16. thes. 6. et qui specialem tractatum hac de re scripsit IOH. TOBRICHTER de filio paternae iurisdictioni non subiecto. Lips. 1744.
- 5) de iur. maiestat. Lib I. cap. 29. §. 43.

§. XII.

NVM CVMVLATIVE AVT PRIVATIVE CONCESSA  
PRAESUMATUR.

Maximis controuersis ansam dedit quaestio: vtrum iurisdictionis patrimonialis cumulatiue, an priuatiue concessa censeatur, hoc est, num ita concessa sit, vt princeps omnino nihil amplius iuris circa illam habeat, an vero simul cum possessore in exercitio eius concurrere queat? Sunt multi, qui dicunt, concessam censi iurisdictionem non nisi cumulatiue, ita, vt princeps concurrat in exercitio iurisdictionis cum domino illius. Fundamentum horum est, quod princeps iuri suo renuntiasse non censeatur, quum renuntiatio, nisi appareat expresse, praesumenda non sit. Hanc sententiam praeceteris fouent MENOCHIVS 1, HEIGERVS 2), BOCERVS 3), MYNSINGER 4), PACIANVS 5), COLERVS 6) et quos largo numero allegat SCHRADERVS 7). Verior tamen contraria eorum sententia esse videtur, qui contendunt, Principi nihil reliquum esse in iurisdictione simul feudis inhaerente. Est enim iurisdictionis patrimonialis concessa per modum feudi, in feudis vero Vasallo plenarius vsus comperit, excluso indistincte domino directo; hinc etiam nihil iuris huic in iurisdictione reliquum manet, teste CAROZOVIO 8). FRANTZKIUS 9) etiam hanc rationem addit, iurisdictionem in feudum concessam quasi patrimonium



um factam esse, et hinc a superiore impediri non posse. Qui vero iurisdictionem suo iure et propriam, siue contractu, siue privilegio adquisitam, habet, ita eam exercet, vt in prima instantia, superior, vel anticipando, vel praeueniendo, cum illo non concurrat, vt docet PAVRMEISTER 10). Omnem itaque applausum merentur SCHRADERVS 11), KNICHEN 12), HILLIGERVS 13) et STRYCKIVS 14), qui iurisdictionem patrimonialem priuarie concessam esse contendunt.

- 1) in libr. de praesumptionibus, Libr. 2. Praef. 18. n. 1.
- 2) in quaestionibus illustribus Libr. 2. Quaest. 25. n. 21. sqq.
- 3) de iurisdictione cap. 8. num. 34.
- 4) in obseruationibus Lib. 6. Obseru. 99.
- 5) de probationibus, Cap. 43. num. 47.
- 6) de processu executiuo Part. 2. Cap. 1. num. 148. sqq.
- 7) de Feudis Part. 10. Sect. 1. num. 126.
- 8) in constitut. electoral. Part. 1. Constit. 27. Definit. 11. n. 2.
- 9) in Resolutionibus, Lib. 1. Resol. 18. n. 11.
- 10) de Iurisdictione Lib. 1. Cap. 29. §. 9.
- 11) loc. cit.
- 12) de Vestit. pact. Part. 3. Cap. 2. num. 155. sqq.
- 13) ad Donellum Lib. 17. Cap. 9. Lit. N.
- 14) l. c. §. 26.

### §. XIII.

NVM DOMINVS SVBDITOS IN PROPRIA CAUSA  
CORAM IVDICIO SVO CONVENIRE  
QUEAT.

Nulla obnoxium est dubio, quod quilibet dominus iurisdictionem patrimonialem habens, subditos suos in propria causa coram hoc suo iudicio convenire queat. Ita tradunt de SELCHOW 1), SCHEINEMANNVS 2), BEYERVS 3), FLEISCHER



CHERVS 4). Omnes tamen consilium dant domino, vt ad eiusmodi lites quendam omni suspicione carentem aduocatum adhibeat, et conclusis actis totam rem extraneorum ICtorum sententiae submitrat.

- 1) loc. cit. §. 291.
- 2) citat. diss. §. 28.
- 3) loc. cit.
- 4) loc. cit. Cap. 7. §. 2.

#### §. XIV.

#### NVM IURISDICTIONE VNIVERSALIS CONCESSA CENSEATUR.

Respectu districtus, intra quem iurisdictio patrimonialis exercetur, distinctio enata est in iurisdictionem vniuersalem et particularem. Vniuersalis in hoc sensu dicitur, quae sine vlla restrictione loci, siue publici, siue priuati, exercetur et dicitur: *die Strassen-Gerichte*, quia in omnibus locis, etiam publicis illius praedii se exserat; particularis vero, quae ad loca specialia restricta, et vocatur: *die Zaun vnd Pfahl Gerichte*, quia septis et limitibus praediorum includitur, nec ad alia loca, vtur contigua, se extendit 1). Ex hac distinctioe orta est quaestio, num iurisdictio vniuersalis, aut particularis concessa praesumatur? Nullum hic adest dubium, quod pro vniuersali sit pronuncian- dum. Exemptio enim huius vel illius loci est exceptio, quae, concesso genere, nunquam praesumitur, hinc, nisi expresse haec exceptio docetur, iurisdictio vniuersalis competit illi, qui iurisdictione patrimoniali gaudet 2).

- 1) vid. de hac distinctioe KOEPPEN in decisionibus, Dec. 48.
- 2) de hac controuersia plenius egit STRYCKIUS in speciali diss. de iurisdictione circumscripta.

#### §. XV.

#### DE MODO EXERCENDI IURISDICTIONEM PATRIMONIALEM,

Ad



Ad modum, hanc iurisdictionem exercendi quod attinet, notandum, secundum principia iuris Germanici necesse esse, ut, Scultero et Scabinis duobus aut tribus constitutis, iudicium agatur, id quod vocatur in Ordinatione Proc. Sax. 1) *mit besetzter Gerichtsbanck*. Constitui porro debet Iurisperitus quidam, qui iustitiam administret, et actis conscribendis praesit, qui dicitur: *Gerichts-Verwalter, Iustitarius, Actuarius*. Hic, praesentibus subditis, iuramento obstringitur, se officio suo rite et iuste fungi velle, ut BERGERVS 2) requirit. Praeter hunc quoque Sculterus, qui dicitur: *Heimbürge, Schulze, Dorf-Richter*, in citata ORD. PROC. SAX 3) requiritur, qui ratione officii iureiurandi quidem obstringitur, non vero necesse est, ut hic actus iurisiurandi, praesentibus subditis celebretur, secundum CARPZOVIVM 4). Necesse quoque non est, ut actuarius praefectus sit notarius. Quamvis enim CARPZOVIVS 5) hoc postulat, in criminalibus solum secundum hodiernam praxin necessario supponitur, teste BEYERO 6). Officium horum praefectorum iudicii idem est, quod cuiuscunque alius iudicis. Hinc non opus est, diutius in explicando illo versari 7).

1) Tit. 2. §. Also versehen wir.

2) in Oeconomia iuris, Lib. 4. Tit. 6. not. 5. pag. 950.

3) loc. citat.

4) in Responsis, Lib. 1. Resp. 99.

5) in Process. Tit. 2. artic. 4. num. 3.

6) loc. citat. §. 22.

7) SPECHTIVS peculiarem edidit dissertationem de praefectis nobilium iudiciorum.

## §. XVI.

### DE SIGNIS HVIVS IVRISDICTIONIS.

Iam breuius quaedam de signis iurisdictionis patrimonialis addam, quae longo ordine recensere partim superfluum, partim impossibile est. Parum enim vsus practici in foris habent,  
et



et mirum in modum secundum diuersarum prouinciarum consuetudines variant. Primum et potissimum, quod doctores huc referunt, signum, est praestatio annua, in plurimis locis consuetudine introducta, quum subditi statim tempore, ut plurimum tempore quadragesimali, gallinam fumatam domino suo dare tenentur, quae dicitur: Ein Rauchhuhn. Multis in locis certa pecuniae summa loco huius praestationis tam datur, quam accipitur. Hanc praestationem esse signum iurisdictionis et quidem potissimum criminalis, statuunt: PRYCKMANNVS 1), KLOCKIUS 2), BRUNNEMANNVS 3), STRYCKIUS 4), aliique quam plures. Sententia eorum omnino fundata est. Si vero ab illis rationem exigimus, audimus plane ridicula. Contendunt enim, nomen hoc gallinarum inde orrum esse, quia gallinae se eleuent in altum, seu loca fumo exposita, ibique requiescant. Inde factum esse, ut earum praestatio altitudinem iurisdictionis seu merum imperium denoter, eiusque signum sit 5). HEINECCIUS 6) non immerito hanc rationem deridet. Originem potius duxisse videtur haec praestatio ex annuis pensionibus, quas olim Domini a seruis seu rusticis exigebant. Inter has enim potissimum erant gallinae, quas aut viuas offerebant, aut veterum germanorum more infamatas. Haec retenta est consuetudo, et successu temporis cum iurisdictione patrimonialis introduceretur, ad illam quoque transit et a quolibet subdito, qui foenum suum, hoc est casam et aedes habet, (der sein eigen Feuer und Rauch hat), praestatur 7).

1) Volum. 1. Consil. 2. num. 83.

2) Tom. 2. Consil. 7. n. 159.

3) Centur. 3. Decis. 24. pag. 155.

4) in VL. Modern. Pand. Lib. 11. Tit. 1. p. 176.

5) Vid. STRYCKIUS in diss. de iurisdictione circumscripta. cap. 3. num. 34. extat in Volum. 1. Disputationum Stryckianarum.

6) in diss. soepius allegata. S. 19.

7) Conf. CAROL. DV FRESNE in Glossar. med. et infim.



Latinit. it. STAMMERVS de hominibus propriis Lib. 3. cap. 22. pag. 3. RICCIUS in spicilegio iuris Germ. p. 156. PUFFENDORF. loc. cit. MEVIUS Consil. 3. num. 14. HVSANVS de hominibus propriis, cap. 4.

### §. XVII.

#### DE ALIIS SIGNIS.

Plura alia a Doctoribus indicantur iurisdictionis patrimonialis signa, de quibus MEICHSNERVS 1) longam adducit seriem. Plurima autem ex illis sunt fallacia, nec merentur longam explicationem. Accedit, quod, nisi aliis a dominiculis suffulciantur haec signa, iurisdictionem sola probare non valent. Quum e contrario ei quoque iurisdictione denegari non possit, qui his signis caret, uti KRESSIVS 1) defendit. Quae quum ita sint, pluribus de hac re tam minimi momenti differere superfedeo.

1) Tom, 3. p. 1036.

2) in diss. de iurisdictione omnimoda, §. 28.

### §. XVIII.

#### DE EFFECTIVIS.

Transeo iam ad explicationem illorum iurium, quae vi iurisdictionis patrimonialis possessori competunt, quae una voce effectus huius iurisdictionis appellantur. Huc pertinent: ius postulandi obedientiam a subditis iureiurando firmandam; ius detractus, et ius exigendi praestationes patrimoniales, qui sunt effectus principales, quae in plurimis Germaniae provinciis vigent. Omni, qua fieri potest, breuitate de illis agam, omissis his, qui in hac vel illa provincia a legibus particularibus, statutis atque pactis descendunt, quorum recensionem pro praesenti institui ratione longe superfluum duco.

### §. XIX.



## §. XIX.

## EFFECTVS PRIMVS.

Primo, quod attinet ius, a subditis obedientiam postulandi iuramento firmandam, (vulgo: den Erb-Huldigungs Eyd), indubitatum est, hoc ius semper competere cuilibet domino, qui iurisdictionem patrimonialem exercet. Sed, num sit speciatim effectus iurisdictionis patrimonialis, h. e. num illi competat vi illius iurisdictionis et semper cum illa conjuncta sit, adhuc disputatur. Quidam negatiue ad hanc quaestionem respondent, et quidem ex illo fundamento, quia hoc ius exercetur a quolibet possessore fundi, licet iurisdictionem patrimonialem non habeat; quin sine territorio locari possit. Si vero dicendum, quod res est, negari non potest, regulariter hoc ius praedio inhaerere, et vi iurisdictionis exerceri. Omnino itaque ius exigendi a subditis iusiurandum assecurationis, vti quoque vocatur, ad effectus iurisdictionis patrimonialis referri debet. Quibusdam tamen in locis sola obedientiae sufficit promissio, stipulata tamen manu facta.

Vid. de omni hac materia FLEISCHERVS loc. citat. pag. 174.

## §. XX.

## EFFECTVS SECVNDVS.

Secundus effectus iurisdictionis patrimonialis est ius detractus, siue ius, a subditis et aliis ex praedio suo emigrantibus et omnia bona secum exportantibus, partem quamdam legibus definitam bonorum exigendi. Dicitur quoque census emigrationis, ius decimandi, Abzugs-Recht. Extenditur etiam hoc ius in peregrinos, qui hereditatem subditi adire, et ex praedio suo exportare volunt. Recensentur quoque alii casus a Doctoribus, in quibus dominus praedii hoc ius exercere queat, qui vero pro scopi nostri ratione superflui sunt.

Vid. de hoc jure BEYERVS, FLEISCHERVS, PVFENDORFVS atque DE SELCHOW citatis locis,



## S. XXI.

## EFFECTVS TERTIVS.

Tertius effectus iurisdictionis patrimonialis est ius a subditis certos census, pensiones et alias praestationes exigendi. Hoc ius domino competere extra omnem dubitationis aleam positum est, et competere illi hoc ius ob ipsam iurisdictionem patrimoniale, a nemine Doctorum negatur. Modus harum praestationum, quantitas, qualitas, ratio exigendi et quae sunt huius generis alia, varia sunt secundum varias Germaniae regiones. Nihil itaque in genere hic determinari potest. Extra limites ergo excederem, si huic materiae longius inhaerere vellem; lectorem potius duco ad MEVIUM (1.), qui hac de re, more suo, hoc est, quam eruditissime disserit.

1.) in Decisionibus Part. 9. Decis. 84. 85. et 86.

## S. XXII.

NUM IUS MORTVARIUM HVC QVOQVE  
PERTINEAT?

Inter haec iura a Doctoribus quoque referri solet ius mortuarium, quod variis plerumque indicatur nominibus 1), nihilque aliud est, quam ius Domino competens, quo omne id persequitur, quod illi ex defuncti hominis proprii hereditate debetur 2). Sed non est hoc jus generale omnibus Germaniae provinciis, sed maxime speciale tantum. Fere in nullis aliis regionibus viger, quam in Bavaria, electoratu Palarino, ducatu Wurtembergico, Marchionatu Badensi, Comitatu Nassovico, Hassia, Westphalia et in quibusdam Saxoniae locis, vti HARPRECHTIUS docet. Id, quod Domino ex defuncti hominis proprii hereditate debetur, generaliter determinari nequit. Variant enim mirifice leges, consuetudines, ac statuta provincialia singularium regionum, in definienda quantitate et qualitate. In quibusdam locis certa pecuniae summa 4), in aliis optimum pecus 5), in aliis vero arbitrio domini relictum est, quidnam eligere velit 7). In aliis locis Domino ab intestato succedere licet 8), si rusticus nullis liberis relictis de-

dit.





dit. In quibusdam locis tunc ex asse, in aliis ex parte succedit. Hinc vniuersalis regula hic dari nequit, sed omnia ex legibus et moribus vnus cuiusque provinciae determinanda sunt. A quibusdam Doctoribus in dubium adhuc vocatur, num hoc ius mortuarium in dubio competat praedii, an iurisdictionis domino, si ambo non sunt in vna persona coniuncti 9), et plerique sunt ex parte domini praedii siue villae 10). Legi possunt optime omnia huc pertinentia apud laudatum HARPRECHTIVM 11).

- 1) Adpellatur enim Hauptfall, Todtenfall, Leibfall, Weidmahl, Budtheil, todt Hand, Baulebungs-Baulehungs. siue Baudelings; Recht, Koehr-Recht, Haupt-Recht, Trauer-Rechr, Geläsf, Leibpfenning, Todrenzoll, Bestheil, Besthaupt, Gewandtheil, Curmederecht, Curmede-Guth, Curmede-Lehn, cet. Conf. FLEISCHER l. c. Cap. 17. §. II. SELCHOW loc. cit. §. 384. HERTIVS in diss. de hominibus propriis, §. 3. RICCIUS in spicilegio iuris Germanici Lib. I. Tit. 3. MEINDER de iurisdictione colonaria, p. 123.
- 2) Definitionem hanc accommodauit principis Selchouianis loc. cit.
- 3) in dissert. de iure mortuario.
- 4) Sic e. c. iure Darmstadiensis et Nassouico-Weilburgensis quinque de centenariis debentur.
- 5) Vid. FLEISCHER l. c. In ducatu tamen Brunsvicensi hoc singulare est, quod Dominus non optimum accipiat equum, sed mediocrem.
- 6) Id. eod.
- 7) SELCHOW l. c.
- 8) FLEISCHER loc. soepius citat.
- 9) SCHOTTIVS de singularibus quibusdam antiquis in Germania iuribus. Cap. 2. §. 10.
- 10) SCHOTTIVS l. c. et Potgiesser de hominibus propriis.
- 11) de iure mortuario.



## §. XXIII.

## DE COMMODIS IURISDICTIONIS PATRIMONIALIS.

Expositis iuribus atque effectibus cum iurisdictione patrimoniali coniunctis et ex illa fluentibus, quaedam de commodis atque oneribus huius iurisdictionis adferam. Ad commoda iurisdictionis patrimonialis quod attinet, referri solent ad illa omnes poenae pecuniariae, sportulae et reliquae accessiones 1); praesertim vero mulctae stuprorum, vulgo, Hurenbrüche, Hurengefälle, Sende- oder Unzuchtsbrüche appellatae 2). Omnes hae accessiones pecuniariae debentur domino iurisdictionem exercenti, ad subleuanda onera cum iurisdictione conjuncta; mulctae tamen stuprorum non exiguntur, nisi stuprum in ipso praedio sit commissum. Inter commoda iurisdictionis referunt quoque Doctores jus constituendi personas iudicio suo praeficiendos et adsidendos 3), speciem quandam iuris fisci 4); ius detractus 5), de quo supra iam egimus, cet. Pertinet huc quoque ius poenas mitigandi, a iure aggratiandi plane diuersum. Habet enim illud solum in leuioribus delictis e. c. si poenae corporales in pecuniarias mutandae sunt, locum 5). Maxima inter Doctores de hoc ultimo iure fuit controuersia, quae tamen ita decisa est, quod Domino iurisdictionis permissum sit, fustigationem et relegationem in poenam pecuniariam permutare, dummodo Acta fuerint ad Collegium Ictorum missa 6). Pertinet porro ad haec emolumenta, quod domino liceat, vltimam suam voluntatem, salua eius validitate, proprio suo iudicio offerre 7). Ad haec quoque magis, quam ad effectus referrem ius mortuarium, de quo §pho praecedente dictum. Habet porro ius recipiendi 8) subditos et ab illis exigendi homagium. Si simul iure gaudet patronatus, quod plerumque praedio cohaeret, cui inest templum, 8) tunc habet ius precum ecclesiasticarum, quibus Dominus iurisdictionis a subditis includendus est 9).

1) Modestinus Pistorius in Quaest. iur. Part. 2. et FRANKENSTEINVS in diss. de locatione iurisdictionis, Cap. 4. §. 3.

2) PVEFENDORFF, l. c. Part. 2, Sect. 3. §. 241. seqq.

3) FRAN-



- 3) ERANKENSTEINIVS loc. cit.
- 4) SECKENDORF im teutschen Fürsten-Staat. Part. I. Cap. 3 Sect. 9. §. 2.  
CARPZOVIUS in practica criminali Part. 3. Quaest. 109.
- 5) SECKENDORF. l. c. Cap. 2. §. 13, et 19.
- 6) vid. FLEISCHER l. c.
- 7) de quo §. 19. actum.
- 8) FLEISCHER loc. cit.
- 9) FRANCKENSTEIN loc. cit.

## §. XXIV.

## DE ONERIBVS ILLIVS.

Multa iam possem de oneribus atque incommodis iurisdictionis patrimonialis adferre, si necessitatis ratio postulare. Paucis me expedire possum. In genere hic valet regula: qui habet alicuius iuris emolumenta, ab illo quoque suscipienda sunt eius onera. Quum itaque dominus iurisdictionis emolumenta eius percipit, necesse quoque est, ut eius onera suscipiat. Ad haec onera pertinet primum, ut subleuet illos, qui iure pauperum gaudent, dein ut ministros iustitiae ab ipso constitutos salarius ornet; porro impensas inquisitionibus necessarias ferat, et denique libros expositos alar. Plura huc spe-ctantia adferre superfedeo, quum adducta, pro scopo meo sufficientiant. Legatur qua totam hanc materiam supra allegatus FRANCKENSTEINIVS I).

1) in citata diss. Cap. II. §. ult.

## §. XXV.

DE MODO AMITTENDI IURISDICTIONEM  
PATRIMONIALEM.

Paucis tandem comprehendam, quae de modo amittendi iurisdictionem patrimoniam dicenda sunt. In genere notan



randum est, amitti illam posse omnibus modis, quibus omnia iura et omnia privilegia amitti possunt, sc. partim per abusum, partim per non usum. Quod per abusum amitti queat, extra omnem dubitationis aleam positum est 1). Requiritur tamen, ut domino iurisdictionis ipsi impurari possit hic abusus. Si itaque actuarius in abusu, incio domino, peccat, contra hunc agi nequit 2). Requiritur porro, ut culpa domini adsit aut lata, aut levis. Culpa enim leuissima priuatione non punitur 3). Abusus vero, tam per eiusmodi actus, qui a legibus aberrant, quam per negligentiam actuum a legibus praescriptorum, perpetratur 4). Quum nulla priuatum viafacti absque praesentia causae cognitione fieri possit, requiritur quoque, ut abusus legitime cognoscatur, et sententia condemnatoria sequatur 5). De amissione iurisdictionis per non usum notandum est: iurisdictionem patrimoniale considerari tamquam privilegium, hinc amitti, si possessor per triginta annos illa, propria tamen culpa, usus non sit 6). CARPZOVIVS 7) addit, si non utenti domino iurisdictionis, exercitium eius sub poena priuationis praecipuum sit, posse illum etiam, ob perseverantem negligentiam, ante tempus lege definitum, iurisdictione sua priuari 8).

- 1) Vid. MYLIVS de priuatione iurisdictionis ob eius abusum.
- 2) Idem. l. c. §. II.
- 3) Vid. STRYCKIVS de abusu iuris quaesiti. Cap. I. §. 34 sq.
- 4) Conf. BRVNNEMANNYS in seinem Inquisitions-Process. passim.
- 5) Vid. ROSENTHAL de feudis Cap. X. Conclus. 41.
- 6) LEYSERVS Med. ad Pand. Specim. 457. Meditat. 6.
- 7) in practica rerum criminal. Quaest. 110. n. 76.
- 8) Conf. qua totum hunc sphaem celeb. ICium Göttingensem MEISTERVM in der vollständigen Einleitung zur peinlichen Rechtsgelehrsamkeit in Deutschland. I Band. IV. Theil. XI. Hauptst. §. 47. seqq. qui non solum hoc loco doctrinam de amissione, sed etiam passim totam materiam de iuris-



iurisdictione patrimoniali criminali optime exponit, quod, quomius a me factum, scopi mei ratio prohibuit.

## §. XXVI.

## CONCLUSIO.

His concludo, quae de indole et effectibus iurisdictionis patrimonialis, secundum principia iuris germanici, dicenda existimaui. Non diffiteor, plura adhuc superesse, quae non sine fructu hinc inde interserere potuissem. Sed specimen academicum scribendi animus mihi fuit, non librum. Hinc selegi solum illa, quae mihi ad finem meum facientia videbantur, reliqua vero studio praetermisi, ne in immensum excresceret opusculum, lectoresque semper remisi ad scriptores, qui, aut ex instituto, aut obiter, plenius rem tractarunt. Iam me accingo ad illustranda iura patria, quae partim dicta corroborant, partim mutant, pluraque singularia nobis praebent.





## SECTIO III.

DE

### SPECIE IVRISDICTIONIS PATRIMONIALIS SECUNDVM IVRA MECKLEN- BURGICA.

#### §. I.

##### INGRESSVS.

**I**ucundissimum sane est et vtilissimum, in quacunq[ue] iuris materia inuestigare, quid iura patria, aut plane singularis, aut ad confirmationem, iuris communis Germanici vtilis, praebeant. In hac, quam mihi proposui, materia, potissimum abundant leges prouinciales, vt omnes, quae circa primum hoc ius nasci possunt, controuersiae, dirimi et praescindi queant. Non in omnibus suis locis ac passibus ius commune, haecenus explicatum, per leges nostras abrogatum, sed in plurimis confirmatum est. Occurrunt tamen et multa, omni attentione dignissima, singularia. De vtroque in hac sectione mihi agendum erit. Persequar hoc, pro instituti mei ratione, breuiter quidem, at cum omni, qua vires meae, valent, cura atque diligentia.

#### §. II.

##### FONTES HVIVS SECTIONIS.

Fundamenta huius sectionis erunt leges prouinciales, ad quas referuntur tam scriptae, quam non scriptae. Inter leges scriptas Mecklenburgicas, de iurisdictione patrimoniali praecipientes, eminent: Reuerfales Güstrouii die XXIII. Februar. A. MDCXXI. datae; Resolutiones ad grauamina a Serenissimis Ducibus CHRISTIANO LVDOVICO et GVSTAVO ADOLPHO annis MDCLXXXIII, MDCLXXXV et MDCLXXXVI, datae et autoritate FRIDERICI WILHELM,

HELM,



HELMI, gl. mem. transactioni Suerigensi de XVI. Iulii MDCCCI. annexae Ordinatio porro consistorialis A. MDCLXX publicata, et denique transactio nouissima, quae sub elogio des Landes Grund Gesetzlichen Erbvergleichs die XVIII. Aprilis A. MDCCCLV. promulgata est. Tandem ius non scriptum s. consuetudinarium, deficientibus legibus scriptis, non negligendum erit, quum teste CAROLO HENRICO MÖLLERO 1), tantum non omnia feudorum nostrorum Megapolitanorum singularia, potius obseruantiae et inuereratae consuetudini, quam iuri scripto, originem debere, certissimum sit. Id quod maxime elucet, *aus den von Herzog VLRIICH an einige seiner Ritterchaft aufgestellte Fragen und deren Antwort, einige streitige Fälle des Mecklenburgischen Lehn-Rechts betreffend*, quas publicauit Doctissimus GEO. GVST. GERDES 2). Quum autem quaedam ex analogia, aut per legitimas conclusiones, facile determinandas, in his legibus omissa sint; consuetudinum vero, quoribus allegantur, probatio requiratur, testimonia Doctorum fide dignorum non sunt relinquenda. Caueam tamen, ne scriptores extraneos, quorum aut nullius, aut certe minoris momenti cognitio rerum Mecklenburgicarum est, licet de iure communi restantes omnem mereantur fidem, in medium proferam. Testes mei sunt ICTI patrii, inter quos antesignani sunt, DAV. MEVIUS 3), ERN. COTHMANNVS 4), PETRVS TORNOVIUS 5), et supra iam laudatus CAR. HENR. MÖLLER, olim summi regii Tribunalis Wismarientis Assessor illustris, quorum nomina sunt instar maximorum elogiorum. His fundamentis aedificium meum struenti numquam deerit fides.

- 1) in primis lineis vsus practici distinctionum feudaliu. Rostoch. MDCCXXXVIII, 8. editis. Cap. I. Dist. VI. p. 20.
- 2) in seinen Sammlungen Meckl. Vrkunden, quae prodierunt Wismariae 1736. 4. et quidem, in der zwoten Sammlung sub num. 2.
- 3) hic diligentissimus rerum Mecklenburgicarum perscrutator partim in consiliis posthumis, Francof. MDCLXXX. in f. editis, partim in Decisionibus, ibidem MDCLXXXI. in



fol. juri patrio etiam qua hanc materiam multam accendit lucem.

- 4) Cujus responsa juris seu consilia, impressa Francofurti MDCLXII. in fol., vti in omnibus juris Mecklenburgici partibus, ita et in hac, omnibus facile palmam praeripiunt.
- 5) Qui in aureo tractatu de feudis Mecklenburgicis, eorumque jure, Güstrovii et Lipsiae MDCCVIII. edito, ex instituto de jurisdictione patrimoniali tractat.

### §. III.

#### GENVINA NOTIO IURISDICTIONIS PATRIMONIALIS, SECUNDVM IVRA MECKLENBURGICA.

*Iurisdictio patrimonialis, secundum iura Mecklenburgica, nihil aliud est, quam potestas de causis, tam civilibus, quam criminalibus subditorum, et omnium in praedio habitatum, in prima instantia cognoscendi et iudicandi. fundo, proprio iure, et privative ita adhaerens, ut a quovis eius possessore exerceri queat. Haec definitio, aut potius descriptio, omnes mihi continere videtur notiones, in hac materia considerandas. Continet enim non solum omnia membra huius sectionis, sed etiam ordinem, secundum quem tractatio instituenda erit. Determinatum est in illa genus proximum iurisdictionis patrimonialis: potestas; determinatae sunt causae, illi subiectae; determinatae sunt personae, in quibus exercetur; determinatus est modus illam exercendi; determinatus est titulus, ex quo venit; determinatum denique est ius, Serenissimis Ducibus in illam competens. His si quaedam de emolumentis, atque oneribus huius iurisdictionis, deque modo illam amittendi adduntur, omnia habebis, Benevole Lector, quae hanc materiam, qua usum eius practicum exhauriunt. Operae premeri non duco, descriptionem hanc pluribus verbis iustificare. Licet enim a nemine adhuc hoc modo tradita sit, vndique tamen legibus provincialibus nititur, et tractatio ipsa illam satis superque iustificabit. Vnum potius et alterum de definitionibus, a Iocis patriis datis, adducam, rationesque reddam, quibus com-*





commotus, nullam harum eligendam putavi. Primo hic mihi occurrit definitio TORNOVII, qui 1) dicit: *Ea iurisdictio pro patrimoniali habetur, quae fundo inhaeret, et cum eo transit, atque a possessore eiusdem exercetur.* Haec definitio quidem a ICRO patrio, legum prouincialium satis gnaro, proficiscens, notiones quidem generales exhibet, nihilque falsi comprehendit, attamen, quum neque causas, de quibus, neque obiecta, in quae, neque modum, quo exercetur iurisdictio patrimonialis, exprimat, minus completa mihi videtur, nec satis apta, ut omnes in praxi occurrentes quaestiones ex illa deduci queant. MEVIUS, COTHMANNVS, alique celeberrimi Doctores, de diuersis hic oriundis quaestionibus quidem tractant; ast accuratam definitionem nusquam inuenimus. Stant enim definitioni generali iuris Germanici, quae quidem sufficit, omnes vero, secundum iura Mecklenburgica, differentias et quaestiones non continet.

1) loc. cit. Part. II. Cap. V. Sect. II, §. VI. p. 219.

#### §. IV.

##### IURISDICTIO PATRIMONIALIS EST POTESTAS.

Iam singulas definitionis meae euoluam notiones. Est quippe primo iurisdictio patrimonialis *potestas*. Non longus hinc ero, quum supra 1) abunde explicatum dederim, quid notio potestatis, in materia iurisditionis, sibi velit. Lector beneuolus sibi in mentem reuocabit, quae ibi dixi, quae omnia etiam, quantum per inferius deducenda non infringuntur, etiam hic omnino applicanda veniunt.

1) in sectione secunda, §. 3.

#### §. V.

##### COMPREHENDIT CAUSAS TAM CIVILES, QUAM CRIMINALES.

Maioris momenti est notio secunda, quum iurisditionem patrimoniale[m] vocauerim: potestatem cognoscendi et iudicandi *de causis, tam civilibus, quam criminalibus.* Haec plenior[m] indi-



get probationem. Demonstrauimus iam supra, iurisdictionem criminalem, siue superiorem, secundum mores Germanorum, iurisdictioni patrimoniali in dubio semper inesse praesumi. Non repetam testimonia Doctorum, ibi larga manu allegata. Meum erit praesertim, ex iure Mecklenburgico, usum huius praxeos, in patria mea ostendere. Firmum quidem statet argumentum, ab vniuersali Germania ad particularem prouinciam, ita, vt, contrarium asserenti, probatio asserti sui incumberet. Sed alia adsunt fundamenta, quae ipsae leges prouinciales suppeditant. Prouoco hic primo ad resolutiones, ad Grauaamina 1). Regnante sc. Serenissimo Duce FRIEDERICO WILHELMO introducebatur, quod in litteris inuestiturarum, iurisdictionis nulla omnino mentio iniiceretur. Communicatae mihi sunt a Dn. Praeside sex litterae inuestiturarum, in quibus ne uocula quidem de iurisdictione inuenitur. Prima est Gabrieli Henningio Schele, super praedio Zülow data VIII. Febr. MDCC. Secunda Christiano Wilhelmo Lehsten, super feudis Dörlitz et Boddin, data XXV. Febr. MDCCII. Tertia Dieterico Ottoni Winterfeld, supra praedio Varchow, data XXV. April MDCCII. Quarta Eliae Ioachimo Dieterico et Wenero Friderico, fratribus de Klinggraf, super praediis Chemnitz et Pinnow, data XXII. Iunii MDCCII. Quinta Adolpho Friederico Dieterico et Ottoni, Iunii MDCCII. et Sexta Hans Friederico Zepelin, super feudo Wolfshagen, data X Decembris MDCCV. Haec omissio antam dedit statibus prouincialibus, hoc interponendi grauaamen: *Weil auch eine Zeithero bey denen neuen Lehn-Briefen man angemercket, das darinn der hohen und niedrigen Tagten, Hals- und Hand-Gerichte, wie auch des Iuris Patronatus nicht gedacht worden, ohngeachtet der Belehnte solches alles gehabt, und noch hat, so wird gebeten, das ins künfftige solche Stücke specialiter mit benennet, denienigen aber zu gute, in deo Lehn-Briefen selbe nicht enthalten, einmahl für allemahl declariret werden möge, das solches ihnen an ihrer habenden Gerechtigkeit der hohen und niedrigen Tagt, Hals und Hand-Gerichte, wie auch Iuris Patronatus nicht schädlich seyn soll.* Expresse his verbis cogi-



cogitatur der Hals und Hand Gerichte, siue, quod idem est, iurisdictionis criminalis, quam possessores feudorum habeant. Serenissimus Dux quoque non abnuir his precibus, sed declarauit: Die Lehn-Briefe sollen nicht verändert, sondern allemahl nach dem Einhalt der alten ausgefürtiget werden. Iam, cum hoc esset argumentum antiquarum litterarum feudaliū (der Einhalt der alten Lehn-Briefe,) vt possessores vna cum feudis inuestirentur mit den Hals- und Hand-Gerichten, etiam in hac resolutione iurisdictionis criminalis adeo confirmata est, vt, si in posterum litterae feudales hoc defectu laborarent, (et de hoc non desunt exempla, vti ex litteris a Serenissimo Duce CHRISTIANO LVDOVICO die XXVI. Sept. MDCCCL. Eckhardo de Lübe, super feudo Gnevitz datas a Dn. Praefide mecum communicatis, apparet), nihilofecius tamen hoc inuestitis nocere non debeat.

1) in Additamentis Gravam, IV.

§. VI.

VLTERIOR EIVS DEMONSTRATIO.

Omnino vero legum instar est transactio nouissima, quae plura vno loca suppeditat, ex quibus iurisdictionis criminalis praedictis adhaerens optime probatur. §. CCCCXVII. determinans fines inter iurisdictionem consistorii et patrimonialem, in fine hac vtitur formula: *Noch den weltlichen Gerichten das exercitium iurisdictionis in delictis, sie werden in den Kirchen, oder auf den Kirchhöfen begangen, gebindert werden.* Hanc dispositionem sub voce: *Weltliche Gerichte*, iurisdictionem praedictoriam intelligere, ex sequenti spha apparet, quae magis determinat hos fines et sic concludit: *Es sollen über diese (sc. Angehörige und Gesinde der Priester) die Adelige und Unsere Stadt-Obrigkeiten, sowohl in ciuilibus, als auch in delictis, die iurisdiction zu exerciren befügt seyn.* Hae dispositiones infra nobis ad determinandos fines inter iurisdictionem consistorii et patrimonialem testimonio erunt; hoc loco solum ex iis concludo: si iurisdictionis patrimonialis se extendit ad delicta in templis et coemeteriis commissa



missa et ad famulos cer. clericorum, tam in ciuilibus, quam in delictis, sequitur inde, quod iurisdictionis criminalis in genere annexum sit iurisdictioni patrimoniali. Sequens §. CCCCXVIII. concedit denen von der Ritterschafft, den Landbegueterten und Staedten die Gerichtsbarkeit über die, durch ihre Güter gebende Land-Strassen, Feld- und Holtz Wege, auch Bäche und Ströme, so weit sie selbige berühren. Hoc per rerum naturam alio modo fere fieri nequit, quam annexa iurisdictione superiori, quum potissimum iurisdictionis in uias publicas se exerit in criminibus ibi commissis. §. CCCCXXI. quam luculentissime disponit, collegiis ducalibus non licere, aliquem iurisdictioni patrimoniali subiectum, deliquentem in loco Ducalis iurisdictionis, in loco tamen delicti non statim deprehensum, ex territorio domini praedii de facto abducere, et publicae custodiae, inuito domino praedii, tradere, verbis: *In criminal-Fällen soll ein anderwärts, besonders unter Unser Gerichtsbarkeit delinquirender, unter a delictlicher iurisdiction sich sonst befindender, und in loco delicti nicht sogleich ergriffener, ohne und wieder Willen des Guts- und Gerichts-Herrn, von unsern Fürstl. Gerichten de facto nicht weggenommen, und in unserer Gerichte Arrest, geführt werden.* Quae promissio possessionem iurisdictionis superioris nouo munimento circumdat. Eo clarior fit, si consideramus Grauanam, quod illi ansam dedit. Est autem inter Grauanamina specialia Suerinensia, grauanam quintum, ubi specialis casus de eiusmodi incarcerationatione absque domini praedii consensu, allegatur. *Hauptmann Bülow zu Wölzow beschweret sich, dass durch einen Fürstl. Corporal und 2 Einspenniger ihm sein Voigt mit Gewalt vom Hofe genommen, und nach Schwevin in Arrest geführt, unter diesen Praetext, ob hette er einiger in Hagenow passirter Schlägerey mit beygewohnt, da doch der Voigt daran unschuldig, dasmahl in Hagenow nicht gewesen, sich aber dennoch mit einem Eyde purgiren und in die 7 Tage zu Schwevin in der Corps de Garde sitzen, und sein Geld verzehren müssen.* Respondet Serenissimus. *Soll der Schwerinischen Iustiz-Cantzley sofort iniungiret werden, wegen der von dem Hauptmann Bülow zu Wölzow geklagten Beschwerden in Wegnehmung seines Voigts von seinem Hofe Red und Antwort zu geben, dabey sich der grauirt Bülow anzumelden, und dieser geklagten Beschwerde forderlichste Abhelfung, so ihm biemit*  
*asser-*



*asseriret wird, zu suchen.* Ne itaque eiusmodi casus in posterum accidat, in Spho transactionis allegata, iurisdictio criminalis praediorum, etiam qua hunc passum, denuo confirmata est. Quum denique §. CCCXXV. disponat de transmissio-  
ne actorum *in civil- oder criminal-Sachen*, quam luculentissime inde apparet, iurisditionem patrimonialem Mecklenburgicam comprehendere non solum inferiorem, sed et superiorem. Tantum igitur abest, vt possessor iurisditionis patrimonialis probatione, iurisditionem superiorem sibi competere, onerari queat, vt potius, contrarium in hoc vel illo praedio valere, adferenti, probatio huius exceptionis a regula incumbat.

## §. VII.

## REMOTIO DVBIORVM.

Consentiunt hic cum legibus prouincialibus et mecum, omnes ICTi patrii §. IIda allegati. Vnicus ibidem laudatus MÖLLERVS 1) dissentit, aut potius dissentire videtur. Contendit enim hic celeberrimus vir: *Iurisditione vel venatione, simpliciter in feudum data, inferiorem solummodo eius speciem concessam praesumi.* Considerandum tamen est, illum hic non de iure Mecklenburgico, aut praxi patria, sed de iure communi respondere. Nullam enim aut legem, aut experientiam allegauit, quae sententiae suae aliquod pondus acquirere posset; neminem quoque ICTum patrium ad fulciendum hoc assertum allegauit, sed omnes sunt doctores de iure communi restantes, FINCKELTHVSIVS, STRVVIUS, LVDOVICI, STRYCKIVS et KRESSIVS. Solus SCHÖPFERS est patrius, qui 2) idem ratione iuris venandi asserit. Sed si vtriusque tam MÖLLERI, quam SCHÖPFERI rationes inspiciamus, fundamento nituntur, cuius infirmitas iam supra 3) demonstrata est. Accensent enim iurisditionem regalibus, et sequuntur regulam: concessio regaliū est strictissimae interpretationis, quia princeps nec sibi, nec successoribus suis, nimium praecudicare voluisse censendus est. Ex hac regula aliam deducunt, arque huc applicant: si vnus regalis varii dantur gradus vel species, minor siue inferior in dubio  
tantum

G



rantum concessa praesumitur. Haec omnia per se satis firma sunt; sed partim iurisdictione ad regalia non pertinet, partim in applicatione ad patriam nostram adhuc magis fallunt. Oritur enim, ut infra demonstrabo, iurisdictione patrimonialis Mecklenburgica, non ex sola concessione, sed ex consuetudine per litteras inuestiturae, singulis vicibus confirmanda. Hanc confirmationem, si concessionem appellare velis, quidem non plane incongrue dictum erit, modo vocem tunc sumas in sensu generali, neque illi omnes effectus tribuas, alias ex notione concessionis profluentes. Est enim tunc concessio, non prima constitutio, sed solummodo renouatio, quae quidem consuetudinem confirmare, minime vero mutare potest. Utar quoque in posterum hac voce, ita tamen, ut semper hanc notionem subintelligam. Si itaque iurisdictione criminalis, ut deduxi, per consuetudinem, et per expressa verba legum fundamentalium annexa est iurisdictioni patrimoniali, sententia MÖLLERII hic dubium mouere non poterit.

1) loc. cit. Cap. VIII. Dist. II. p. 241.

2) in dissert. de venatione superiori.

3) Sect. II. §. 8.

### §. VIII.

IURISDICTIONI PATRIMONIALI SUBIECTI QUOQUE  
SVNT HOMINES LIBERI IN PRAEDIO  
HABITANTES.

Non minoris usus practici qua jus patrium est tertia definitionis §. III. suppeditatae notio. Est enim, secundum illam, iurisdictione patrimonialis, potestas cognoscendi et iudicandi de causis subditorum et omnium in praedio habitantium. Quod iurisdictioni patrimoniali subditi, quos in specie rusticos vocamus, subiecti sint, omni caret dubio. Habitant autem in praedii alii homines, qui non sunt subditi. Huc pertinent e. c. Pensionarii, administratores, scribae, opilioes, opifices quidam, famuli domini, pluresque huius generis alii. De quibus si quaerimus, num iurisdictioni patrimoniali subiecti sint, distinguendum



dum est inter causas, de quibus lis orta est. Si causae ejusmodi sunt, quae non concernunt contractum, aut propriam domini personam, omnino subjecti sunt iurisdictioni patrimoniali. Expressa adest dispositio in transactionis fundamentalis §. CCCCXII. *Die Pächter, Verwalter, Schreiber, Bediente, und andere, unter derer vom Adel und Land Begüterten Gerichtsbarkeit befindliche freye Leute, sollen in Sachen, welche nicht den Contract und des Guts-Herrn eigene Person angehen, vor dem Guts-Herrn in Person, in erster Instanz, belanget werden.* Rationes hujus dispositionis sine dubio sunt, partim in ciuilibus, quia per inhabitationem forum domicilii fundatur, partim in criminalibus, quia forum delicti ibi adest. In causis vero, contractum et propriam domini personam concernentibus, Dominus sustineret tam personam partis, quam personam iudicis, id quod in jure prohibitum est. Nihilofecius tamen datur casus, in quo et haec causae ad iudicium domini pertinent. Hic est casus prorogationis, si in contractibus se expresse subiecerunt etiam has causas iurisdictioni praedicatoriae. De hoc casu prorogatae iurisdictionis praecipit §. CCCCXIII. : *Es wäre dann, das sie sich auch in solchen Fällen der Gerichtsbarkeit des Guts in den Contracten ausdrücklich unterworfen hätten.* Quum enim prorogant iurisdictionem, proprio consensu sibi iudicem eligunt, neque inde illis ulla sit iniuria. Ne tamen et hic ulla supermaneat suspicionis causa, praescriptus est modus cognoscendi in his casibus, quem iam extra praeceptum quilibet aequus et honestus vir sequeretur, et cuius summa eo redit, vt absque partium studio res procedat, verbis: *Welchen Falls ein unpartbeyisches Gericht zu setzen, die Sache auf Begehren zu verschicken, alle-mahl aber der Appellation an Vnsere Landes-Gerichte der Lauf zu lassen.*

De personis ecclesiasticis singulari modo sancitum est in legibus nostris, an et quatenus iurisdictioni patrimoniali subiecti sint. Antequam has dispositiones explicem, necesse est, vt animaduerram, maximam esse differentiam inter iurisdictionem ecclesiasticam atque ius patronatus. Iurisdictionis ecclesiasticae fines longe amplius se extendunt, quam iuris patro-



natus. Illa continet ius in personas et causas ecclesiasticas inspiciendi, cognoscendi et iudicandi; hoc vero comprehendit solum ius nominandi atque vocandi ministros ecclesiae, exstruendi et reparandi templa etc. Superfluum esset, omnia haec discrimina erodandi. **TORNQVIVS**, adiduus hic in iure patrio scrutator, hunc laborem suscepit 1), quem euolvas quaeso. Iam, si dicendum quod res est, ius patronatus ius est feudis adhaerens 2), minime vero iurisdictio ecclesiastica, quippe quae consistorio soli competit, quod sc. personam episcopi repraesentat. Quum in patria nostra iam alia, ac olim facies sit consistorii, ministri etiam ecclesiastici consistorio non amplius, quam qua causas officii subiecti sunt, quod vero huc non pertinet. A iurisditione itaque patrimoniali immunes sunt. Haec vero immunitas neutiquam ultra limites extendenda est. Restricta solum est ad personas pastorum atque aediuorum proprias et ad summum ad personas mulierum et liberorum. Omnes vero eorum domestici, famuli atque famulae conductitii et mercenariae, et rustici parochiales nihilominus iurisditioni patrimoniali subiecti manent. Omnia, quae hic dicta sunt, continentur in transactionis de anno 1755. §pho. **CCCCXVIII.** *Die Prediger vnd Küster stehen zwar mit ihren Ebeuibern vnd Kindern in Ciuilibus vor Vnsrem Consistorio, aber solches soll nicht auf deren übrige Angehörige oder ihr Gesinde. als Knechte, Mägde vnd Bediente, noch auf die Priester-Bauern, in Ansehung deren die Prediger kein erweisliches Recht haben, erstrecken, sondern es sollen ueber diese, die Adelige vnd Vnser Stadt-Obrigkeiten, sowohl in Ciuilibus, als auch in Delictis, die Iurisdition zu exerciren befugt seyn.* His addas, quae in sectione prima de actionibus realibus, mixtis et in rem scriptis dixi, in quibus et clerici iurisditionem secularem agnoscere debent. Licet enim haec in legibus nostris non expresse confirmata sint, praecepta tamen iuris communis sunt, cui tamquam semel recepto standum est; donec abrogatio proberur. Neque tamen in totum haec materia praetermissa est in transactione nouissima, disponente in §. **CCCCXVII.**; *Es sollen die dem Consistorio ueber die Kirchen, Schulen, Hospitalien vnd gemeine Kostens, Gueter, Lehen, Einkommen, Nutzen, Gebäude vnd Bessere-*





Besserung, der Kirchen- und Schul-Diener Besoldung, imgleichen ueber die, wieder selbige eingebrachte persönliche Zusprüche, competirende Iurisdiction auf dingliche oder andre. dahin nicht gehörige Sachen, nicht extendiret werden. Plane adhuc specialis casus est in resolutionibus ad grauamina. Ibidem 5) enim status provinciales, se maxime grauatos esse dicunt: Wenn die Ausbleibende bey der Catechismus-Lehre von denen Pastoren mit Geld-Busse be-  
leget, und solche der Direction des Predigers gelassen werden wollen, da doch die Geld-Straffen ad brachium seculare geböven, cui grauamini Serenissimus respondet: Die Bestrafung derienigen, welche bey der Catechismus Lehre ausbleiben, kan zwar per modum implorationis brachii secularis der weltlichen Obrigkeit jedes Orts verstattet werden, die daher stessende Geld Straffe aber ist dem Pastori zur Berechnung, und Anwendung ad pias causas zuzustellen.

1) loc. citat. Cap. V. Sect. II. §. 25.

2) conf. Resolut. ad Graum. Eccles. 6. item Artic. XII. Reuerfaliam d. a. MDCCXXI, et Transactio nouissima d. a. MDCCCLV. §. 474.

3) ecclesiast. 7.

### §. VIII.

#### IURISDICTIONIO HAEC NON EST CIRCVMSEPTA.

Coniuncta quodammodo cum hac materia est inuestigatio locorum, in quibus iurisdictionio patrimonialis se exerit. Ad duas potissimum quaestiones omnis hic redibit res: 1) Num loca sacra e. c. templa et coemereria, et 2) num loca publica e. c. viae publicae, et flumina subiecta sint iurisdictionio patrimoniali secundum iura Mecklenburgica? Vtraque quaestio affirmanda venit. Quod primum attinet loca sancta, iam supra aliqua huius rei mentio facta est, vbi probari, nobilem, vi iurisdictionis suae, deliquentem in huiusmodi locis capere posse. Hoc, vti iam iuris communis est, ita quoque per leges prouinciales confirmatur. Prouoco ad §. CCCCXVII. transactiois nouissimae, in qua expresse sancitur: *Es solle den weltlichen*



chen Gerichten das Exercitium iurisdictionis in delictis, sie werden in der Kirchen, oder auf den Kirchhöfen begangen, nicht gebindert werden. Ratione viarum publicarum, secundum ius commune, plurimi doctores 1) contendunt, excipi illas a iurisdictione patrimoniali. Ratio illorum haec est: Quum principi cura securitatis publicae, vt ea potissimum in viis publicis facta rectaque seruetur, incumbat, aequissimum omnino esse, vt et cognitio de crimine publico, in via publica commisso, ei relinquatur. Ast per leges nostras prouinciales aliud in patria nostra receptum, atque possessoribus praediorum relicta est iurisdictione in vias publicas et flumina, non tamen vltra limites praedii sui. Auch soll denen von der Ritterschaft, den Landbegüterten und Städten, die Gerichtsbarkeit über die, durch ihre Güter gehende Landstraßen, Feld- und Holzwege, auch Bäche und Ströme, so weit sie selbige berühren, gelassen werden. Ita loquitur §phus CCCCXVIII. soepius allegatae sanctionis publicae de a. MDCCLIV et per hanc claram dispositionem haec quaestio satis est decisa.

- 1) e. c. FRITSCHIVS de regali viarum publicarum iure. Cap. 10. n. 12.  
 ZIEGLERVS de iure maiestatico. Lib. II. Cap. 17. §. 30.  
 BORCHOLT ad tit. quae sunt regalia. Cap. 6.  
 SCHNEIDWINVS ad §. vlt. Instit. de Iur. Nat. Gent. et Ciu. ID. ad §. vlt. Inst. de seruitut.  
 STRVVIVS in Syntagmate iur. ciuil. Exerc. 9. thes. 46.  
 CARPZOVIUS in practica rerum criminal. Part. III. Quaest. 110. n. 39. fqq.  
 ZANGERVS de Exceptionibus Part. IV. cap. 1. n. 241. fqq.

### §. X.

#### IVS IN PRIMA INSTANTIA COGNOSCENDI ET IUDICANDI.

Iam ad quartam definitionis meae notionem progredior, quae haec est: Iurisdictione patrimonialis est potestas de causis feuditorum cer. *in prima instantia cognoscendi et iudicandi.* Haec notio occasionem praebet, quaedam, partim de modo constituendi



tuendi et exercendi haec iudicia, partim de eo, quod circa appellationem ab illis in Megapoli iuris est, adducendi. Efficaciam hoc breuibus quidem, tamen omni, qua decet, diligentia. Quoad modum constituendi et exercendi iudicia patrimonialia, tria notanda sunt: 1) personae, ex quibus iudicia haec consistere debent; 2) administratio iustitiae ab omni partium studio aliena; et 3) modus sententias ferendi. Quod ad personas, quibus iudicia consistunt, attinet, sequentes sufficiant annotationes. Dominus praedii ipse est iudicii praeses, cuius nomine omnia peraguntur. Adhibeat tamen, aut ut vice praesides, aut ut adsestros iudicii, vnum aut plures ICtos vel aduocatos. Requiritur tamen, ut hos eligat, qui non solum scientia iuris theoretica pollent, sed etiam in praxi exercitati sunt. TORNOVIUS (1) de Megapoli nostra scitum testimonium STEPHANI 2) adducit, qui, neminem suo aevo in numerum aduocatorum receptum esse, dicit, nisi, qui scientiae suae speciale documentum edere potuerit. Praesertim vero eligatur, qui iura patria probe calleat, quum turpe sit tam iudici, quam aduocato, ius, in quo versatur, ignorare. Eo maiori circumspeditione hic opus est, quum factum officialis, principali mandanti imputetur, si ille limites iustitiae transgressus fuerit. Extra hos constituendus est quidam, qui res gestas in hoc iudicio ita conscribat, ut in omnibus illi fides haberi possit. Summe necessarium est, ut hic iuramento obstringatur, quum iam de iure communi ne testi quidem iniurato fides habeatur. Ut vero sit notarius, tam necessarium non est, licet de iure Saxonico expresse requiratur. Consultius tamen est, ut notarius adhibeatur, ut eo magis de fide protocolli constet: Hoc tamen notandum, quod si notarius adhibetur, is speciatim ad acta iuramento obstringatur. Secundum requisitum modi, quo exercetur iurisdictio patrimonialis, est administratio iustitiae ab omni partium studio prorsus aliena. Huc pertinet tam exacta distributio, quam promissima et nullo modo protrahenda iustitia. Sed, quum hoc primum omnis iurisditionis requisitum sit, neque a quoquam viro bono contrarium praesumatur, non opus est, ut in hac materia tempus et chartam perdam.

De



De modo sententias ferendi, secundum stilum patriae, notandum est, quod acta, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, numquam ad doctores priuatos transmittantur, licet, de iure communi, sententia duorum doctorum valeat. Potest dominus iurisdictionis quidem, aut ipse, aut per officiales suos, in causis ciuilibus sententiam concipere; si vero transmissio actorum, aut flagitur a partibus, aut decernitur ex officio, transmittenda sunt semper ad facultates iuridicas. In criminalibus vero acta semper transmittenda sunt. Integrum tamen manet domino, an patria, aut peregrina eligere velit Ictorum collegia. Consultior quoque in ciuilibus est semper, nisi res admodum leuior sit, transmissio actorum, vt eo magis omnis suspicio studii partium euitetur. Haec omnia optime explicantur per Transactionis nouissimae §phum CCCCXXV: *Es sollen aber übrigen die von Ritter- und Landschaft schuldig seyn, ihr Gerichte mit rüchtigen Männern, und einem geschwornen Actuario, oder einem specialiter ad acta vereidigtem Notario, zu besetzen, und den Parthejen gebürlich und unaufgehalten Rechte wiederfabren zu lassen, auch Acta in Ciuil. oder Criminal- Sachen, zu Urtheil nie an Privat-Doctores, sondeyn in diesen die acta an einheimische, oder auswärtige Rechts-Collegia, in jenen aber, wann die Transmissio entweder gebeten, oder ex officio erkannt, wird, allezeit an Iuristen - Facultäten zu verschicken.*

1) loc. citat. §. 12. p. 231.

2) de offic. iudic. lib. IIII. cap. 3. n. 8.

### §. XI.

#### DE APPELLATIONE AB HOC IVDICIO.

Iurisdictio patrimonialis est forum primae instantiae, quae quidem a superiore violari nequit, vti §pho sequenti pluribus docebo, a qua tamen appellatio, in quantum non est restricta, integra manet. Ab hac appellatione secundum leges nostras exemptae sunt omnes leuissimae res, quae summam quinque imperialium non superant, ne salutare beneficium appellationis abusu obiiciatur. Sunt quoque quaedam causae, quae absque ambagibus processus ordinarii, modo summario et absque scriptis decidi debent, e. c. causae iniuriarum, de quibus Ordinatio iudicii prouincialis disponit, in quibus appellationi locus non



non datur. In omnibus reliquis causis appellatio permittitur, sed non ad cancellariam regiminis, sed expresse ad collegia ducalia iustitiae administrandae constituta. Quoad solemnitas et formalia appellationum manet pro norma dispositio iuris communis, sed non omne iudicis superioris arbitrium hic excluditur, quippe cui permittum est, exceptionem a regula facere, et partibus pauperibus, infimae conditionis et ignaris iuris relinquere formalia, protocollaque et acta primae instantiae exigere, ut eo melius de rei ipsius vera conditione iudicari queat. Haec est dispositio §phi. CCCCXXVI. et CCCCXXVII. Transactionis soepius allegatae, his verbis: *Wer sich durch die, bey den Adelichen und Stadt-Gerichten ausgesprochene Bescheide beschweret erachtet, und die Sache, daferne sie nicht geringschätzig ist, und die Summe von fünf Reichthalern übersteiget, auch nicht der Art ist, das sie nach Maasgebung Unsrer Hoff- und Land-Gerichts-Ordnung P. II. Tit. I. summarisch und mündlich abzuthun gewesen, an Unsere Landes-Gerichte bringen will, soll zwar die in gemeinen Rechten vorgeschriebene Formalien und Feyerlichkeiten beobachten. Jedoch bleibt Unseren Landes-Gerichten unbenommen, darunter, bey Armen und Geringen, oder der Rechte unkundigen Leuten, ihres richterlichen Ermessens sich zu bedienen, und mehr auf die Wahrheit und Gerechtigkeit selbst, als auf die Formalitäten zu sehen, auch die Protocolla und Acta primae instantiae abzufordern, um von der Sachen Beschaffenheit desto besser urtheilen zu können.*

## §. XII.

COMPETIT FVNDI POSSESSORIBVS  
PRIVATIVE.

Quinta notio definitionis meae haec est. Iurisdictio patrimonialis exercetur *privative*. Non est, quod hic distinctionem iurisdictionis in cumulativam atque privativam hic repetam. Demonstrabo potius, iurisdictionem patrimonialem Mecklenburgicam esse privativam, hoc est, nullum ius ad illam concurrenti, collegiis ducalibus competere. Quo maioris momenti res est iurisdictionis patrimonialis, eo maiori semper circumspectione solliciti fuerunt status nostri provinciales, ne aliquid in

omnino

H

illa



illa per collegia ducalia illis abrogaretur. Est enim, teste MERVIO 1) et COTHMANNO 2) iurisdictio res maximi ponderis, et confusio iurisdictionum maximis incommodis ansum praebet, hinc turbatio et violatio eius maximum gravamen. Ad hoc attenti ordines prouinciales inter grauamina sua ethoc quoque exhibuerunt: *Beschweret die Ritterschafft und Begüterte, daß ihre Untertanen und andere, so in ihrer Bottmäßigkeit wohnen, wenn die Beamte und anders, so Ansprache an sie zu haben vermeinen, irrequisito Iudice competente, darunter sie wohnen, für Gerichte gezogen, und daselbst wieder sie erkannt wird, da doch dem Adel und Landbegüterten, weil sie die Iurisdiction haben, prima instantia gebühret.* Ad haec Serenissimus clementer respondit; ad 9. Erklären sich Ihro Durchl. gnädigst, daß Sie E. E. Ritter- und Landschafft bey der Ihnen cum feudo und übrigen Gütern verliehenen iurisdiction und deren Instanz, durch die Beamte, oder andere beeinträchtigen zu lassen, nicht gemeinet, solcher Gestalt Ihro Fürstliche Durchl. einem jedwedem seine Iurisdiction, umb die Sache zu erst, dasern Er anders selbst dabey nicht interessiret, wieder die, unter seiner iurisdiction befindliche zu verbören und zu entscheiden, gnädigst lassen, vorher aber die Cognition für die Justiz Canzellei, Land- und Hof-Gerichte, und Consistorio, zu ziehern nicht verstaten wollen. Cum his verbis qui confert dispositionem §phi CCCCXXIII. Transactionis nostrae, inueniet fere eadem verba retenta esse. Hinc verba eius hic adponere opus non est. Cauetur quoque §. CCCCXIII. de singulari casu turbationis iurisdictionis sc. arresto subditorum iurisdictionis patrimonialis ob debita: *Derer von der Ritterschafft und Landbegüterten Untertanen und Untersassen, deren Wagen Pferde und andere bewegliche Gueter, sollen, daserne selbige wegen der Flucht ausserhalb Landes nicht verdächtig, oder nicht schon gar auf der Flucht begriffen sind, Schulden halber, anderwärts unter Unser oder Städtischer Iurisdiction, mit real- und personal-Arrest nicht belegen, sondern ihre Creditores deshalb ad forum ordinarium primae instantiae verwiesen werden.* Ponuntur tamen a doctoribus quidam casus, in quibus auocatio causarum a iurisdictione patrimoniali ad collegia superiora locum habet. Huc referunt 1) denegationem et protractionem iustitiae, Hanc legitimam auocandi causam esse docet Ordinatio



dinatio Iudicii Cancellariae Güstrouienſis, in qua 3) diſponit Sereniſſimus legiſlator, *wenn der Gerichtsherr iuſtitiam protrahiret, oder denegiret, ſo wollen wir uns der Rechtlichen aduocation zu gebrauchem wiſſen.* Idem confirmat. §. CCCCXXV. diſtae Transactionis, diſponens, iuſtitiam adminiſtrari debere debitam et non protractam, *ſo lieb einem ieden iſt, die auocation der Sache zu vermeiden.* Hoc tamen quoque non abſque vlla limitatione, per praxin addita, intelligendum venit. Receptum enim eſt, vt, antequam auocetur cauſa, haec denegatio aut protractio iuſtitiae a parte grauata legitime doceatur; qua demonſtrata, primo litterae promotoriales pro adminiſtranda iuſtitia et maturando proceſſu, ſub poena auocationis, reali auocationi praecedere debent 4). 2) Huc referitur illegitima aut praepoſtera procedendi ratio 5). 3) Suspicio, quae, vel ob proprium intereſſe vel alias, in iudicem cadit 6). Huc pertinet tam diſpoſitio §phi CCCCXII. Transactionis, de qua ſupra §pho VIII. actum, quam in genere illae locutiones, paſſim adlatae, *wenn er dabey nicht intereſſiret iſt.* 4.) Continentia cauſae, quae vero non ſemper ibi adest, vbi allegatur 2). Tandem Duci omnino liberum eſt, vi eminentis poteſtatis, quo circa iudicia pollet, mediatos ſine ſubſidialibus in teſtimonium vocare, vel alias eos citare, dummodo cauſa ipſa ad ſuperiorem pertineat, nec per hunc actum iuriſdictio patrimonialis turbetur. Expreſſa adest diſpoſitio §phi. CCCCXX. transactionis: *Uebrigens bleibe Unſeren Regierungs- und Juſtiz-Collegiis die ſeit urvordenklichen Jahren hergebrachte Befugniß der unmittelbaren Vorladung und Exequirung der, in den Ritterschafftlichen Gütern Geſeſſenen, nach wie vor, unbenommen.* Haec tamen citatio et executio immediata minime extendi poteſt ad alios principe inferiores magiſtratus aut alios aequam exercentes iuriſditionem patrimonialem, qui ſubditum neque ex alieno territorio citare neque executione afficere poſſunt. Eſt enim citatio aequae ac executio actus iuriſditionis, quem in alieno territorio nemo exercere poteſt 8). Denique etiam Sereniſſimo Duci integrum manet, edicta et mandata vdi- que, irrequiſito iudice patrimoniali, in Xenodochiis et aliis locis affigenda et publicanda curare, quippe qui actus ad iudicia-



les non pertinet, neque per illos iurisdictionis exercitium violatur. Ita quoque disponit transactionis Sphus. **CCCCXXIII.** *Wegen der Art der Publicir - Affgir - und offenen Verkündigung Unserer Landes - Fuerstlichen Edicten und Verordnungen, als welche keine gerichtliche Handlungen sind, behalten Wir nach wie vor, ungebundene Hände.* Extra hos, speciatim exceptos casus firma, stat dispositio Sphi. **CCCCXXIII.** et collegiis, iudiciis et officialibus iudicialibus non permissum est, iurisdictioni patrimoniali se villo modo immiscere, aut causas inde auocare.

- 1.) Part. II. Decif. 305. num. 1. et aliis locis.
- 2.) Volum. IV. Responf. 33. num. 68.
- 3.) Part. II. Tit. III. §. 1.
- 4.) MEVIVS Part. VI. Dec. 306. Num. 2.
- 5.) vid. citata Ordinatio.
- 6.) MEVIVS Part. II. Decif. 215, num. 4.
- 7.) IDEM Part. II. Decif. 135.
- 8.) Conf. TORMOVIVS l. c. p. 223.

### §. XIII.

#### IURISDICTIO PATRIMONIALIS CVLIBET FVNDI PROPRIO IVRE ADHAERET.

Sexta definitionis meae notio haec erat: Iurisdictionis patrimonialis est potestas — *cuilibet fundo iure proprio adhaerens.* Distinguntur alias fundi aut praedia in feuda et allodia. Secundum iura Megapolirana utriusque iurisdictionis patrimonialis adhaeret. Sic loquuntur textus legum nostrarum saepius allegati: *von derer von Adel und Land-Begueterte Gerichtsbarkeit, von dem Guts- und Gerichts-Herrn, von der Gerichtsbarkeit des Guts, von derer von der Ritterschaft und Land-Begueterten Untertanen und Hintersassen, und deren foro ordinario primae instantiae, von der mit dem Lehn- und uebrigen Guetern verliehenen Iurisdiction und ersten Instantz.* Quae locutiones, vti nullum excludunt praedium, ita quoque allodia





allodia expresse nominant per vocem *übrigen Guether*, a *Lehn-Guetern* distinctarum. Proprio vero iure illis adhaeret iurisdictionio. Per longaeuam consuetudinem, postea per expressas leges scriptas confirmatam, inualuit, vt nullum in Megapoli sit praedium, cui non adhaereat iurisdictionio; hinc quidem per litteras feudales iurisdictionio ordinario concedi solet, ast ita, vt potius confirmatio sit, quam noua concessio. Inde quoque venit, vt, si quoque hae litterae, vti eiusmodi casus dantur 1.), plane de iurisdictionio taceant, nihilofecius tamen possessores praediorum sint iudices patrimoniales. Eo enim ipso, quod praedium acquirunt, acquirunt quoque iurisdictionionem, quae inter pertinentias praedii aequae ac ius patronatus, si illud praedio adhaeret, in computum pretii venit. Hoc conuenit cum grauamine statuum supra allegato, qui conqueruntur, in litteris inuestiturarum mentionem non iniectam esse iurisdictionionis, *obngeachtet der Belehnte solches alles gehabt und noch hat*, et perunt, *dass inskuenfrige solche Stuecke specialiter mit benennet, denienigen aber zu gute, in dero Lehns-Briefen selbe nicht enthalten, einmahl fuer allemahl declariret werden möge, dass solches ihnen an ihrer habenden Gerichtigkeit der hohen und niedrigen sagd- Hals- und Hand-Gerichte, wie auch iuris Patronatus nicht schädlich seyn solle.*

Conf. supra §. V.

§. XIII.

AD QUOSCVNQUE POSSESSORES TRANSIT.

Vltima tandem definitionis meae notio haec est: *iurisdictionio fundo ita adhaeret, vt ad quoscunque possessores transeat.* Nullo haec adfertio obnoxia est dubio, et experientia diuturna satis corroboratur. Reperas huc quaeso, quae in sectione secunda de personis alias inhabilibus, de feminis, infantibus, mente captis, cet. dixi. Hae enim personae, si modo iudicio boni viri praefecti sint, per hos iustitiam administrare possunt, nec opus est, vt ipsi adsint, sed omnia potius eorum nomine, quam in propria persona peraguntur. Non solum dominus, sed etiam, qui praedium pignoris iure, aut ex locato-conducto possidet, vi

H 3

realis



realis possessionis iurisdictionem exercet, quin ipse dominus fundi, si iurisdictionem simul cum fundo locauit, durante locationis tempore ab omni iurisdictionis exercitio abstinere debet, id quod TORNO VIVS 1.) pluribus explicat.

1.) loc. citat. p. 225.

§. XV.

CONCLUSIO.

Haec sunt, quae, pro instituti ratione, Tecum communicare volui, Lector beneuole. Non tam altus mihi sedet spiritus, ut credam, me hoc perfecisse, quod excellentissimi scriptores perficere non potuerunt. Accipias potius hanc tractatiunculam tamquam tentamen, hanc materiam salebrosam, uti omnes fere doctores illam vocant, aliqua luce circumdandi, et porissimum leges prouinciales de illa disponentes colligendi. Quod si cuidam vsui in praxi esse possit hic meus libellus, operam meam satis remuneratam censebo. Ceterum sit iudicium de hoc scripto tam beneuolum peto, uti de primo manus inexcercitatae specimine esse debet. Deo Ter Optimo Terque Maximo sit laus, honor, et gloria.



VIRO

VIRO PRAENOBILISSIMO  
ATQVE  
DOCTISSIMO,  
DISSERTATIONIS AVCTORI  
ATQVE  
RESPONDENTI  
DIGNISSIMO,  
S. D. P.  
IOANNES CHRISTIANVS QVISTORP, D.

**P**ublico doctoque specimine, *Vir Iuuenis Praestantissime*, iam demonstras, quantum eruditionis apparatus, *Tibi* indefessa litterarum cultura comparasti. Alii tempus ad animum scientiis imbuendum, otio transigunt: alii aetatis lubrico lapsi, voluptatum illecebris capiuntur: alii in addiscendis artibus, peruerso vtuntur ordine et, spreteris solidae scientiae subsidiis, illotis quasi manibus, studia tractant. Felix itaque iure dicitur is, qui in academiis a recto tramite numquam aberrat et thesaurum sapientiae vnice quaerit. Elegisti thema ex iure patrio non vulgare, nec a quouis alio sufficienter ventilatum, nec *Tua* lucubratione indignum. Probe enim nosti, verissimum esse effatum *Quinti Mutii in L. 2. S. 43. D. de orig. iur. turpe esse Patricio et Nobili et causas Oranti, ius, in quo versatur, ignorare*, ita tamen illud elaborasti, vt et iuris Romani et Germanici notiti-

am in eadem satis superque demonstraveris. Gratulor inde  
*Tibi* de progressu, quem iam in legitima scintia fecisti et de  
honore, qui ex erudito certamine finito in *Te* redundabit.  
Perge in hisce *Tuis* feliciter inceptis et benedicat *Tibi* omnia  
summum Numen quam clementissime, ut in sui gloriam, fa-  
miliae Tuae Honoratissimae gaudium, ac denique Reipublicae  
patriae emolumentum ex voto succedant, sic tandem percipere  
poteris, quae summae diligentiae ac vitiorum fugae, certissima  
sunt confectaria. *Grauisimum atque Consultissimum Dominum Praesidem*  
*Tuum*, amicum atque fautorem meum teneris unguiculis inte-  
gerrimum, conferuet *rerum Moderator*, in patriae dulcissimae com-  
modum atque in ipsius iurisprudentiae ornamentum, sospitem  
atque incolumem. Conaminibus *Ipsus* semper respondeat pro-  
sperrimus euentus et omnia aduersa ipsi sint maxime aliena. De  
caetero *Vir suauissime* me semper promptum paratumque ha-  
bebis ad quaelibet officiorum genera: *Tuo* interea quoque fauo-  
ri et amicitiae, quod commendatum me habere velis, rogo.  
Vale. Dab. Rostochii D. VIII. Iduum Aprilis A. R. S.  
MDCCLXV.




PRAE-

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIM  
HUIVS DISSERTATIONIS  
AVCTORI ATQVE RESPONDENTI  
AMICO AESTVMATISSIMO ATQVE DILECTISSIMO  
SALVTEM ET OPTIMA QVAEVIS  
APPRECATVR  
P R A E S E S.

**I**ta est, VIR PRAENOBILISSIME, ut ingenia, ad maiora euolantia, cito conatum suorum specimina edant. Huius asserti optime fundatam veritatem, TV, dignissimo TVO exemplo, quam luculentissime commonstras. Eiusmodi exempla, quo rariora sunt, eo magis annotari merentur. Breuis, eaque infucata narratio originis atque progressus dissertationis TVAE, optimum erit diligentiae TVAE momentum. Adibas me ante aliquod tempus, indicans mentem TVAM, conscribendi dissertationem academicam, de themate iam felicissime elaborato; desiderabas manum meam auxiliatricem in elaboranda, praesidiumque in defendenda illa, simulque quasdam, iam fundamenti loco elaboratas theses mihi exhibebas. Ego quidem, qui splendentem TVAM diligentiam, in qualibuscunque praelectionibus meis academicis iam dudum admiratus eram, hoc TVVM propositum suffulciendum

ciendum magis, quam suppressendum ducebam, quamuis materia ipsa non omnino ad palatum meum esset. Itaque, ut desiderio TVO facerem satis, sciagraphiam, secundum quam, mea quidem opinione, hoc aedificium exstruendum esset, delineabam, quo facto TV, collectis vndique necessariis materialibus, aequo ardore laborem incipiebas, continuabas et ad vltimum perducebas finem. Omnia, quum mihi abs TE exhiberetur TVA elaboratio, expectationi meae, de TE conceptae, aequalia erant, quin exsuperabant illam. Ne tamen plane essem *απορησολος*, hinc inde notulas quasdam intersparsi, quae quidem non ad substantialia, haec enim TIBI soli cedunt, tamen ad formam pertinebant. Iam dissertationem TVAM, certissime praefatio, non solum die, publico congressui dicto, contra Dominorum Opponentium amica dubia, sed etiam in futurum, si opus erit, contra acriores quoscuque adgressus, mascule defendes atque strenue. Hac in via in posterum, vti de TE confido, adfiduis viribus pergens, effloresces in TVI IPSIVS perennem salutem, *splendidissimae* TVAE FAMILIAE sempiternum honorem, PATRIAEQUE NOSTRAE *communis* certissimum emolumentum. HANC, sincerissima mente opto, protegat vigilans super eam oculus DEI, ILLAM bect alma NVMINIS manus; TIBIQUE nunquam cessantem felicitatem largiatur benignissima EIVS voluntas. Vale, meque diligere nunquam desine.

Dabam e Museo, quarto nonarum Aprilis A. R. S. MDCCLXV.




Rostock, Diss., 1759-76

X 228 42 89









Pub. 18. *Præsch. 10.*

18

NONNULLA  
DE  
**IVRISDICTIONE**  
**PATRIMONIALI**  
PRAESERTIM SECVNDVM *1765, 3.*  
**IVRA MECKLENBURGICA**

*P. 144.*

DISSERTATIO IVRIDICA  
QVAM  
CONSENTIENTE AMPLISSIMO ICTORVM  
ORDINE  
PRAESIDE  
**DN. HENRICO FRIDERICO**  
**TADDEL**

IVRIS VTRIVSQVE LICENTIATO, ET REG. SOCIETAT,  
TEVTON. IN ACAD. GEORGIA AVGVSTA  
SODALI

PRAECEPTORE SVO HONORATISSIMO  
IN ILLVSTRI ACADEMIA VARNIACA

D. X. APRIL. A. R. S. MDCCLXV.

H. L. Q. C.

PVBLCO EXAMINI SVBMITTET  
AVCTOR ET RESPONDENS

**IOANNES IACOBVS PREHN**  
ROSTOCHIENSIS, I. V. C.



ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS,